METHODUS CONFESSIONIS, HOC EST, ARS SIUE RATIO, & BREUIS QUAEDAM VIA...

Claude : de Viexmont, Pedro : de Soto

Digitized by Google

M. 297

VITT. EMANUELE

BIBL. DOM. PROF. ROM.
IHS

Ec

S MI
C

Ars fi
cóf
rem

XII

Ap

Digitized by Google

METHODVS CONFESSIONIS,

HOC EST,

Ars siue ratio, & breuis quædam via cõfitendi, in qua peccata & eorum remedia plenissimè continentur.

AD HAEC,

XII. Articulorum fidei cum pia, tum erudita explanatio.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

ANTVERPIAE.
Apud Ioannem Steelsium.
1550.

LECTORI SALUTEM.

SVperiore anno, Lector optime edideramus quendam de institutione puerorum libellum: qui in gymnasio Nauarrano scholasticis enarratus est eodem anno, Quadragesimæ tempore, idque statutis diebus & horis: nempe (vt Ecclesiasticorum verbis vtamur) post Completorium omnis diei Sabbathi, & omnis pervigilij aliorum (si qui occurrebant) festorum dierum: Dominicis item diebus tum statim à sacro matutino, tum in pomeridianis exactionibus, quas vulgò reparationes vocant. Sed cum iam secundo mense post eius libelli editionem typographo ex magno exemplariorum numero pauca admodum supererent, ob idque ipsum ad secundam editionem iam sese accingere: visum est nobis totum opus, non dico recognoscere, vt prodiret

diret emendatius : sed nouum omnino facere : atque ita nouum, vt in eo ne vestigium quidem formæ priores agnoscas.

Opusculum igitur ita & innouatum, & multo locupletius factum (immutata etiam, sed ad nostrum institutum commodius, inscriptione) rursus typographorum characteribus excudendum curauimus. Huius autem nostri instituti finis fuit, vt earum rerum lectione ad peccati fugam atque odium, & ad virtutis amorem extimulatus puer, à teneris assuescat morum integritatem & pietatem verè Christianam cum bonis literis & studio eloquentiæ coniungere: suæque ætatis primitias offerre Deo & CHRISTO IESV, atque in sacri baptismatis fonte recuperatam innocentiam, iam ab ineunte ætate vsque in vltimam vitæ periodum puram & immaculatam conseruare: & denique ex pueritia bene instituta, reliquas

vitæ partes bene beateque transigere: vt tandem scilicet gratia & beneficio Dei fultus, post bonorum operum administrationem, cœlestis gloriæ vitæque æternæ ex promissione diuina particeps fieri queat. Bene vale, & Deo feliciter viue.

Hanc methodum facilemque viam peccata fatendi.
Floribus è sacris candide lector habes
Hinc propriæ nosces animæ maculasque viamque
Illas sacrificis qua referare queas
Peccati species, atque inde fluentia membra
(Vt meminisse iuuet) carmina pauca tenent.
Antidotum morbo subiunximus: inde medelam
Quæres, si vitiis saucia mens fuerit
Quod si forte tibi sit copia temporis istihæc
Fronte leges placida. Viue, Valeque Deo.

PROLOGVS.

QVoniam septies in die cadit iustus: & nemo potest dicere, Mundum est cor meum, purus sum à peccato: & si dixerimus, nos peccatum non habere, nosipsos seducimus, & veritas non est in nobis: ideo constat omnes esse peccatores, & egere pœnitentia. Nullus autem de peccatoribus magis deflendus est, quàm qui putat se non habere quod deflendum sit. Nullum etenim malum facilius decipit, quàm cum idipsum non intelligitur esse malum. Denique omnino necesse est ei peccatum suum agnoscere, qui illud Deum sibi vult ignoscere. Si enim tegit ægrotus vulnera, quomodo illi à medico adhibebitur medicina? Itaque salutis initium est cognitio peccati, ex qua initium sapientiæ timor Domini oritur. Ex iis autem duobus nascitur contritio; ex contritione, confessio: ex

Peccati cognitio quoque salutis initium est.

ex confessione, satisfactio: per quas tres pœnitentiæ partes homo reconciliatur Deo. Et enim dignum est, vt quis prius inuisibilia animæ suæ cognoscat, quàm possit esse idoneus ad cognoscendum inuisibilia Dei: & frustrà cordis oculum erigit ad videndum Deum, qui nondum est idoneus ad videndum seipsum. Præcipua enim ac principalis via inueniendi Deum, est homo peccator inueniens seipsum. Stude (inquit Bernardus) cognoscere teipsum: quia multo laudabilior es, si teipsum cognoueris, quàm si te neglecto cognoueris cursus syderum, vires herbarum, complexiones hominum, naturas animalium: quàm si cœlestium & terrestrium omnium habueris notitiam. Multi enim multa sciunt, seipsos autem nesciunt: quum tamen summa cuique philosophia sit, cognitio sui. Verum, delicta quis intelligit? Acsi diceret Propheta: Nemo potest sua

omnia

omnia peccata intelligere, & scire perfectè. Ideoque subdit, Ab occultis meis munda me. Nec verò satis est sua quenque peccata agnouisse: nisi & de iis tempore & loco confiteantur. Quamobrem Dei gratia (sine qua ne cogitare quidem bonum sufficimus) nos præueniente & subsequente, hanc methodum confessionis, id est, artem siue rationem, & breuem quandam viam confitendi contexuimus: idipsum fore sperantes ad salutem atque vtilitatem cum omnium profitétium orthodoxam Christi fidem, tum vel maximè puerorum apud Nauarram Lutetianam Grammaticæ studentium: vt cùm suam volent discutere conscientiam, & sua peccata cognoscere: tum demum ex opusculi huius lectione & ea agnoscere queant: & de agnitis qua ratione confiteri possint, intelligant. Quod vt commodius faciant, quoad eius fieri potuit,

peccatorum ſpecies, &(vt vocant)ramos, quæcunque denique ad confeſſionem facere videbantur, verſibus complexi ſumus: vt ſint peccatorum quaſi commentarij, per quos in ipſa confeſsione pueri delictorum ſuorum facilius recordentur. Ipſis etiam verſibus ad plenius (vt vulgò dicitur) examen conſcientiæ veluti enarrationis loco gloſſemata ſubiunximus: quibus inſignem aliquam ſententiam pleriſque in locis inſeruimus, quæ lectoris animum excitaret, oblectaretque.

Diſtinximus præterea ſeptem peccata capitalia à decem præceptis Decalogi: tametſi ad hæc nonnulli ſuperiora illa aptiſsimè retulerunt. Cæterum nos ſecuti vulgarem & tritum morem ferè in confeſsionibus obſeruari ſolitum, ſingula diſtinximus, quo facilior eſſet confeſsionis ratio iis, qui à pluſculis diebus confeſsi non eſſent, quique uinus curauiſſent peccata ſua

memoriæ

memoriæ cómittere. Viris enim conſcientiæ ſuę ſcrutatoribus & frequenter confitentibus conſcientiæ ſuæ examen ſufficit.

Ad hæc ſua cuique remedia capitali peccato oppoſuimus, deteſtandi ſcilicet peccati methodum, quæ peccati prohiberet affectum: ſimiliter & vitandi peccati methodum, quæ peccati prohiberet effectum. Et quia (inquit Philpſophus) oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt: & egreſſus vitij, virtutis operatur ingreſſum: idcirco vnicuique peccato capitali contrariam virtutem ſubiecimus: vt qui formidine pœnæ à peccato arceri nó poteſt, ſaltem id poſsit amore agnitiæ virtutis. Vbique autem humili ſtylo vſi ſumus, more diuinarum ſcripturarum, quarum veritas verborum lenocinio & mundanæ eloquentiæ fuco non indiget, cùm clara & illuſtris appareat ſuo lumine, mentemque, nó aurem paſcere debeat. Sermo rudis

(inquit Hieronymus,) vsque ad cor penetrat: politus autem pascit aures. Quid verò prodest clauis aurea, si aperire quod volumus, non potest? aut quid obest ferrea, si hoc potest: quando nihil quærimus, nisi vt id pateat, quod clausum est?

Operis diuisio.

Postremo hunc libellum in sex partes diuisimus.

In prima agitur de mundi creatione, & aliis articulis ad fidem spectantibus.

In secũda, de præceptis Decalogi, & de quinque præceptis Ecclesiæ.

In tertia, de peccatis capitalibus & eorum remediis & de septem virtutibus, quæ illis opponuntur.

In quarta, de reliquis peccatis, & peccatorum circunstantiis.

In quinta, de pœnitentia, & partibus eius.

In sexta, de arte bene moriendi.

Hac præfatiuncula futuros opusculi huius lectores admonẽdos putauim⁹.

METHODI CONFESSIONIS DE Articulis Orthodoxæ fidei.

PRIMA PARS.

De Deo & mundi creatione.

OMnium animis persuasum esse debet nulloque modo est dubitandum: vnum duntaxat esse Deum in substantia quidem, sed trinum in personis inter se per omnia æqualibus: Patris, Filij & Spiritus sancti. Eundemque sine fine, sine principio increatum, immortalem, impassibilem, immutabilem, infinitè potentem, omni perfectionis numero absolutissimum, vbique substantialiter & poten-

Deus vnus est.

& potentialiter præsentem : cuius oculis vel abditissimis hominum, cogitatus perui; sunt : huius mundanæ fabricę architectum & officinatorem. Cui, quia bonus & superbonus est, superabundantia bonitatis complacuit, vt fierent quædam, quibus benefaceret, & quæ eius participarent bonitate.

Angelorũ creatio.

Creauit igitur in mundi primordio angelos, substantias intellectuales & incorporeas, ministros maiestatis diuinæ. Quorum aliqui præ superbia non ferentes illuminationem & honorem (quem ipsis benignissimè omnium bonorum largitor Deus indulserat) libera voluntatis potestate in Deum conditorem suum rebellauerunt, & Deo similes esse voluerunt. Quæ superbia ipsos vel cunctis sideribus clarius micantes, in momento & nictu oculi æterna obtenebrauit caligine: & speciosissimos angelos in terrimos dæmones commutauit: & è

Angelorũ trãsformatio in dæmones.

cœlo

cœlo in profundum inferni deturbauit. Quibus quia nullam patere redeundi viam sciebat Deus, quòd superbi essent valde, & quòd superbia eorum pœnitentiæ remedium non admittebat, ac per hoc nec veniæ. Idcirco ad huius ruinæ reparationem, hominem (qui in cacodæmonum locum sufficeretur in cœlis) ex visibili corpore, & inuisibili anima plasmaturus, tanquam quendam regem & principem vniuersæ terræ & eorum quæ in ea sunt, iam ei præstruxerat quandam veluti regiam, quam inhabitans beatam & ex omni parte felicem deduceret vitam: nimirum terrestrem paradisum lætitiæ & voluptatis omnis promptuarium, plantis semper virentibus insignem, odoris suauitate refertam, plenam lumine, vniuersæ sensibilis venustatis & pulchritudinis cõmendatissimam. In cuius medio Lignum vitæ plantauit, cuius fructu instauraretur humidum naturale, ne senectus Lignum vitæ.

nectus hominem dissolueret. Plantauit etiam lignum Scientiæ boni & mali, ad experientiam quandam probationemque, & exercitium obedientiæ & inobedientiæ hominis: & per cuius esum homo experientia cognosceret, quanta esset differentia inter bonum obedientiæ & malum inobedientiæ. Qua in re perfectè monstraret Deus, quantum sit bonum obedientia: quum hominem in paradiso positum ab ea re prohiberet, quæ ex se mala non esset: solaque ibi posset obedientia palmam tenere, & sola inobedientia inducere in pœnam. Inde ex limo terræ homini corpus formauit, cui infudit animam creatam ad imaginem suam, id est intellectualem, rationalem, & liberi arbitrij voluntatisque. Et ad similitudinem suam, id est virtutibus consummatam & perfectam, quantum ipsius ferebat natura. Hæ enim virtutes sunt veluti characteres signaculaque diuinæ naturæ. Hominem

enim

enim rectum, fortem, bonum, secu- Lignum
rum, sapientem, iustum, omni virtute scientiæ.
decorum, bonis omnibus ornatum,
ab omni prorsus malitia liberum, ad
consortium suipsius condiderat: vt
creatus authorem suum & condito-
rem Deum agnosceret, diligeret, ve-
neraretur: eiusque optimis & aman-
tissimis præceptis morem gerens, per
opera bona & meritoria post tempo-
ralem vitam in corpore & anima ad
vitam immortalem, & nullo vnquam
fine terminandam peruenirет, in cœlo Creatio
cacodæmonum locum sortitus. Vi- hominis,
cissim si eorum exemplo diuinis præ-
ceptis non acquiesceret: sed belluino
more, quasi anima rationis participe
minimè præditus, suis voluptatibus
indulgeret, cum iis dæmonibus in in-
ferno æternum arderet.

DE PECCATO PRIMI parentis.

OMnium igitur rerũ opifex Deus protoplastum Adam creatum posuit

posuit in paradisum voluptatis: & præcepit ei, dicens: Ex omni ligno paradisi comede, de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas. In quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris. Quia mortuus in anima, mortis etiam corporalis sententię subiacebis. Nihilominus tamen persuasione suæ vxoris Heuæ (quæ ex ipsius dormientis costa à Deo formata fuerat, & cui ipse Adam præceptum Dei significauerat) de fructu ligni vetiti comedit. Propter quod peccatum ipse & eius vxor Heua è paradiso voluptatis eiecti, æterna beatitudine exhæredati, & iustitia originali priuati sunt. Ex cuius priuatione in difficultatem ad opus bonum, propensitatem ad malum, imprudentiam ad futura prævidendum incurrerunt. His amplius in damna, miserias, morbos, ærumnas, famem, sitim, frigus, æstum, & alia mala innumera deuenerunt, denique etiam

etiam in ipsam moriendi necessitatem. Et statim caro concupiuit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, sensérunt́que aliam legem in membris suis, repugnantem legi mentis suæ. Factuḿque est iusto Dei iudicio, vt qui Deo subiici nollent, ne membra quidem sua sibi subiecta habere possent: & qui ab eo (qui omnia regit, & qui eos prius regebat) regi nollent: ea, quæ prius regebant, regere non possent: contemptaque Dei obedientia, inobedientia corporis punita est. Quæ omnia mala limatulo, iustóque Dei iudicio, in totam posteritatem diffusa sunt. Natura enim humana (quæ in primis parentibus tota erat) per peccatum tota corrupta est totaque iustitiam & immortalitatem perdidit: vnde non nisi corruptos, iniustos, & mortales filios generare potuit. Et diabolus iustè filios in seruitutem requisiuit, quorum libertatem à primis parentibus eme-

rat. Qui sicut fuerant omnium parentes, ita & omnium extiterunt perē ptores: & (quod infelicissimum est) prius peremptores, q̄ parētes. Quòd si primi parentes & eorum posteritas dei mandato paruissent, & iustitiæ originalis donum conseruassent, in magna quiete & tranquillitate vixissent. Quia eorum ratio (id est vis intelligendi agibilia & cognoscibilia) errare non potuisset: sed deo obediuisset, eiq̃ue in omnibus se conformasset: voluntas rationi, sensualitas voluntati, bruta etiam animantia hominis imperio paruissent. Qua iustitia originali manente, corporis cum anima indissolubile erat vinculum. Homines enim à frigore, æstu, siti, fame, egritudine, denique ab omni corporis animiq̃ue languore immunes & vacui, post vitam bene beateq; peractam, & postmultorum bonorū operū executionem, sine mortis pœna in cœlum translati fuissent viui. Quo iustitiæ origi-

originalis singulari dono primorum parentum culpa perdito, in moriendi necessitatem & omnem præsentis vitæ miseriam deuentum est. Omnes enim ex progenie Adã (præter Christum, & Mariam matrem eius) in peccato originali concepti sunt, id est, in carentia iustitiæ originalis, quam conseruatam oportuerat. Cõtra quod peccatum consultissimus ille male affecti animi medicus IESVS Christus, sua in exhausta bonitate præsentissimum remedium humano generi indulsit, nempe baptismi lauacrum. Non tamen hoc pharmaco peccati fomes, & ad opus studiosum difficultas, & ad malum propensitas adempta est, sed solum ius & dominium, quod diabolus in animas hominum iure sibi vendicabat.

CVR DE COELESTIbus & inuisibilibus nõnulli subdubitent.

POstquam de paradisi gaudiis (culpa exigente) expulsus est primus humanani generis parens, in huius cæcitatis atque exilij venit ærumnã, vt illa cœlestis patriæ gaudia) quæ prius contemplabatur (videre non potuerit. Nempe in paradiso voluptatis consueuerat verbis Dei perfrui, & corpore in terra degens cum angelis anima diuersari per contemplationem. Sed postquam huc cecidit, ab illo quo implebatur mentis lumine recessit. Ex cuius carne nos in huius exilij cæcitate nati, audimus quidem cœlestem esse patriam, audimus eius ciues angelos Dei, audimus eorundem angelorum socios spiritus iustorum & perfectorum. Sed quia homines carnales illa inuisibilia per experientiam scire non valent, subdubitant ánne sit, quod oculis corporalibus non vident. Quæ nimirum dubietas primo parenti esse non potuit: quia excluſus à paradisi gaudiis, quid viderat,

derat, quid amiserat memori mẽte re colebat. Sed in filiis ea esse potuit dubietas, qui à primo parente audita experimento sentire non poterant. Perinde atque si prægnans mulier in tetrum carcerem mittatur: ibiq́ue pariens, puerum natum nutriat, cui crescenti, solem, lunam, stellas, montes, campos, volãtes aues, currẽtes equos, varietates colorum, diuersitatemq́ue rerum omnium mater nominet: Ille verò natus & nutritus in carcere, nihil aliud sciens quàm tenebras, dum hæc à matre audiet, veráne sint subdubitabit: vt pote qui ea non cognoscat experimento. Haud secus in hac exilii sui cæcitate nati homines, dum summa & inuisibilia audiunt, diffidũt an vera sint: quia sola hęc infima & visibilia nouerunt, in quibus nati sunt. Vnde factum est, vt visibilium inuisibiliumq́ue creator humanæ calamitatis misertus, genus humanum redempturus veniret: vt dum visibi-

liter deum cognoſceremus, per ipſum factum viſibilem in amorem inuiſibilium raperemur, & in ipſum citra omnẽ dubitationem crederemus, cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum viuificatis, & in fide confirmatis: quatenus eius ſacro ſpiramine afflati, iis crederemus, quæ per experimentum nondum ſcire poſſemus. Quotquot ergo hunc ſpiritum hæreditatis noſtræ pignus accepimus, de vita inuiſibilium non dubitamus.

Quiſquis autem in hac fide nondum eſt ſolidus: debet proculdubio maiorũ dictis fidẽ habere, eisque iam per ſpiritum ſanctum inuiſibilium experientiam habentibus, credere. Nam ſtultus eſt puer, qui matrem ſuam ideo putat de luce mentiri, quia nihil tale potuerit experiri: & nihil aliud, quàm carceris tenebras nouerit.

DE REDEMPTIONE humani generis

Deus

DEus igitur Optimus Maximus humanæ salutis amator, cui proprium est misereri semper & parcere: qui iustus est simul & misericors: qui iustitiam in misericordia, & misericordiam in iustitia seruat, nolens vniuersum hominum genus æternum perire, & à paradisi gloria (ad quam ipsum creauerat) perpetim exulare, hominis vice nullam postea cõdidit creaturam, innuens ex hoc ipso redimendum adhuc hominem: quippe quem supplantauerat aliena malitia, ideoque prodesse ei poterat charitas aliena. Seruata igitur iustitia (quia diabolum hominis victorem non ab alio, q̃ ab homine vinci fecit, vt simile simili repararetur) misericorditer & solita sua clementia homini bene esse largiturus, cui & esse dederat: voluit citra omnem corruptionem naturam humanam sibi copulare, vt ipse qui dederat legem, daret & gratiã: sed legem per seruum miserat, cum gratia

autem ipse descendit in virginis Mariæ immaculatum vterum, homo factus, & inter Deum patrem & genus humanum mediator futurus. In quo tanta & tam mirabilis facta est copula duarum naturarum, humanæ & diuinæ, in vna persona dei patris filio, vt & verus Deus esset homo, & verus homo esset Deus. Ipse est Iesus Christus creator noster, simul & redemptor: qui olim per multa secula à patriarchis & prophetis sacro spiramine afflatis denuntiatus, & promissus: nouissimè autem, & in hac vltima mundi ætate conceptus est de spiritu sancto: Ex Maria virgine natus: A pastoribus cognitus: A tribus regibus orientalis plagæ adoratus: & in fidei & clientelæ signum, auro, thure, & myrrha donatus est. A Simeone sene, Anna vidua, & aliis quamplurimis agnitus Deus & prædicatus: A beato Ioanne Baptista eius præuio & præcursore digito demonstratus

stratus est, & in Iordane ab eodem baptizatus. Annos tres, plus minus legem diuinã, & orthodoxam religionem prædicauit, & docuit: eamque innumerabilibus miraculis confirmauit: quam ipse per suos ministros nobis fidelissimè traditam obseruandam præcepit. Postremo, vt nos redimeret, & exitu præstaret id, cuius causa in hunc mundum delapsus erat: sub Pontio Pilato acerbissimum & ignominiosissimũ mortis genus elegit, nempe cruci inter duos sceleratissimos latrones affigi. Sepultusque est, & tertia die resurrexit rediuiuus: Et Apostolis præbuit seipsum viuum post passionem suam, in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno dei: Et quadragesimo die à resurrectione, videntibus discipulis, ex monte Oliueti ad cœlestem regiam ascendit, stipatus magno comitatu patriarcharum & prophetarum, quos è limpi carce-

re eduxerat. Sedetque ad dexteram Dei patris omnipotentis, tandem ad iudicium viuorum & mortuorum omnium (qui tum ad tubæ clangorem, in corpore & anima reuiuiscent (cum gloria venturus, in consummatione seculi igne absumendi, & in melius instaurandi. Tum singulis hominum mercedem mira æquitate tribuet. Iustis quidem æternæ beatitudinis gloriam, iniquis verò pœnas nullum vnquam inuenturas exitum.

Iustorũ & iniustorũ præmia.

PROLOGVS IN XII. articuolos fidei.

CVm per aduentum sancti spiritus, super singulos quosque Apostolos ignæ linguæ sedissent, vt loquelis diuersis loquerentur, per quod eis nulla gens extranea, nulla linguæ barbaries inaccessa videretur, & inuia: præceptum eis à Domino datum hoc, ad prædicandum dei verbum ad singulas quenque proficisci nationes. Discessuri itaque ab inuicem, normã sibi

sibi prius futuræ prædicationis in cō mune cōstituunt: ne fortè alij aliò abducti, diuersum aliquid iis qui ad fidem Christi inuitabantur, exponerent.

Omnes itaq; in vno positi, & spiritu sancto repleti, breue istud futuræ sibi (vt diximus) prædicationis iudicium in vnum conferendo quod sentiebat vnusquisque, componunt: atq; hanc credentibus dandam esse regulam statuunt.

Diuiditur autem, & distinguitur hoc symbolum Apostolorum in duo decim articulos, secundum numerum duodecim Apostolorum, qui contulerunt credenda: quia singuli singulos articulos composuerunt.

PETRVS.

CRedo in vnū deum: Patrē omnipotentē, creatorem cœli & terrę. 1

ANDREAS.

Et in Iesum Christum filium dei vnicum, Dominum nostrum. 2

IOAN-

IOANNES EVAN-
geliſta.

3 Qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto, natus ex Maria virgine.

IACOBVS MAIOR.

4 Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus.

THOMAS.

5 Deſcendit ad inferna, tertia die reſurrexit à mortuis.

IACOBVS MINOR.

6 Aſcendit ad cœlos, ſed ad dexteram dei patris omnipotentis.

PHILIPPVS.

7 Inde venturus eſt iudicare viuos, & mortuos.

BARTHOLOMAEVS.

8 Credo in ſpiritum ſanctum.

MATTHAEVS.

9 Sanctam eccleſiam catholicam: ſanctorum communionem.

SIMON.

10 Remiſsionem peccatorum.

IVDAS THADAEVS.

Carnis resurrectionem. 11

MATHIAS.

Vitam æternam. 12

His duodecim articulis debemus credere purè, syncere, & extra omnẽ dubitationem, omissa superuacua & inani quarumlibet minutiarum obiectione. Sed si occurrent difficultates: debemus nos suppliciter submittere credulitati & fidei piorum, & Deum timentium sanctæ matris Ecclesię doctorum, & antistitum: necnon sanctorum & sanctarum, qui in testimonium huius fidei orthodoxæ vsq; ad mortẽ fortiter dimicarũt. In hac enim exilij valle, tantummodo credere possumus scriptis Apostolorum, Euangelistarum, & Prophetarum, non etiam videre & experimento cognoscere, quæ ab iis scripta sunt. Sed locus videndi, intelligendi, & possidẽdi, quæ hic credimus & speramus, est paradisus. Vnde Esaias: Si non credideritis, non intelligetis.

SYM-

SYMBOLI APOSTOLORUM expositio.

CREDO IN VNVM DEVM.

Credo in patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ.

Primus articulus.

HIc articulus duo nobis proponit credenda. Primum est, vnitas substantiæ diuinæ. Est enim vnus tantum Deus, quòd alius non sit. Ille quidem sine initio, sine fine, simplex sine vlla admistione, inuisibilis, incorporeus, ineffabilis, inæstimabilis: in quo nihil adiunctum, nihil creatum est: sine authore, ipse enim est omnino omnium rerum author. Vnusq; est in substantia, & trinus in personis. Non enim idem pater, qui filius: nec idem filius, qui pater: nec idem spiritus sanctus, qui pater & filius: quoniam tres sunt, Pater, Filius, Spiritus sanctus, sed ipsa trinitas in his Deus vnus est. Patri attribuitur omnipotentia, filio sapientia, spiritui sancto bonitas.

Tamen

Tamen omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus ſanctus. Sapiens pater, ſapiens filius, ſapiens ſpiritus ſanctus. Bonus pater, bonus filius, bonus ſpiritus ſanctus: Secundum eſt, perſona patris. Patrem cum audis, filij intellige patrem. Hoc enim nomine quo Deus Pater appellatur, cum patre pariter ſubſiſtere etiam filius demonſtratur. Non enim eſt pater ſine filio, nec filius ſine patre, qui paternæ ſubſtantiæ eſt imago, per quem operante ſpiritu ſancto, pater creauit cœlum & terram, id eſt, cœlos corporeos & totam terræ machinam, & omnia quæ in eis ſunt, tam corporalia, quàm ſpiritualia, tam viſibilia quàm iuuiſibila. Quod ſymbolum Nicenum exponit, dicens: Factorem cœli & terræ, viſibiliũ omniũ & inuiſibilium. Patri adſcribitur creatio, ſicut & potentia, cum tamen & Filius ſit creator, & ſpiritus ſanctus etiam creator. Indiuiſa enim ſunt

Trini-

Trinitatis opera, vnaq; est Trinitatis operatio, sicut vna est substantia, & volũtas vna. Sed quia creare, vel creatorem esse, potius sonat potentiam, quàm sapientiam, aut bonitatem. Operatio enim progreditur à potentia.

Secundus articulus.

CREDO IN IESVM CHRISTVM FILIVM eius vnicum Dominium nostrum.

HIc articulus respicit personam Filij. Filium autem cum audis nolim generationem carnalis natiuitatis intelligas: sed ex Deo patre ab æterno genitum filium generatione quidem omnem humanum captum excedente. Sicut enim nulla fragilitas cogitatur in eo quod cor generat verbum, vel mens sensum, vel lux ex se parit splendorem: quanto purius, & sacratius de horum omnium creatore censendum est? Quia vnicus est Patri filius, vt menti sensus, vt cordi verbum, vt sapienti sapientia.

Christus vnicus Patris filius.

Vni-

Vnicus est igitur dei patris filius, non adoptione, vt omnes boni Christiani patri per filium dono spiritus sancti in filiorum adoptionem nascuntur: non etiam creatione, vt omnes homines tam boni quàm mali: sed æterna natiuitate, & naturæ veritate consubstantialis dei patris filius.

Vnicus etiam Dominus noster (vnicus ad filium referri, & ad dominum potest) quia alium non habemus dominum, ingenita quidem potestate, tametsi nobis sunt domini temporales, concessa à vero domino potestate. Quod ipse per Salomonem testatur: Per me reges regnant, & legum conditores iussa decernunt. Per me principes imperant, & potentes decernunt iustitiam. Non est enim potestas nisi à deo. Qui pro salute nostra incarnatus, & ex carne natus, & ex natiuitate carnis visibilis, & passibilis factus est, & Iesus, id est saluator, appellatus, Christusq, co-

gnominatus, à chariſmate, id eſt, vnctione, non humana quidem (ſicut prius pontifices, & reges) ſed oleo lætitiæ, & ſpiritu ſancto, (qui vnctio dicitur) à patre eſt vnctus. Actu. 10. Quomodo vnxit eum Deus ſpiritu ſancto & virtute.

Tertius articulus.

CREDO QVOD CONCEPTVS eſt de ſpiritu ſancto. Credo quòd natus eſt ex Maria virgine.

QVinque ſequentes articuli ſunt de humanitate Chriſti: Quoniam non debebat, niſi homo: & condignè ſatisfacere nemo poterat, niſi Deus: oportuit Deum hominem fieri, qui per immeritam mortem, morti æternæ obnoxios reſurgendo liberaret: eſſetq; mors vitæ, in ſalutē omnibus in peccato Adæ olim mortuis. Ad quod opus patrem (qui à nullo eſt) nullo modo miſſum oportuit, ne ab alio miſſus eſſe putaretur. non etiam ſpiritum ſanctū: ne in ſimpliciſsima Trinitate duos filios vllus cogita-

cogitaret. Sed filiũ missum oportuit, qui ab æterno ex Deo patre sine matre genitus, in tempore ex homine matre sine patre nasceretur: essetq; & Deo patri æterna natiuitate, & homini matri lege partus vnigenitus filius. Cui in die annuntiationis, (cum Maria verbis angeli cõsensit, dicens: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum) vno eodemque momento, de purissimo virginis Mariæ sanguine, alia quàm naturæ lege sacratissimum corpus operatione spiritus sancti creatũ est, simulq; anima omniscia, & perfectissima creata, & corpori infusa est, cui ineffabilis diuinitas est copulata: sic, vt Christus perfectus Deus esset, Deo patri æqualis & cõsubstantialis: & perfectus homo, vtpote habens animã rationalem & humanam carnem, à spiritu sancto creatam. Quanuis enim filij Dei incarnatio sit opus totius Trinitatis, quia quod operatur vna perso-

na operantur tres personæ (indiuisæ enim Trinitatis , indiuisa sunt opera) Tamen quia ex charitate , bonitate, benignitate, & dono Dei (quæ spiritui sancto attribuuntur) natura humana naturæ diuinæ est copulata . Et quia Deus, inquantum bonus & benignus, nostram redemptionem operatus est, per incarnationem Christi: ideò Christi incarnatio peculiariter spiritui sancto attribuitur, sicut & bonitas . Itaque vnigenitus Dei pátris filius, sicut in die Annuntiationis operatione spiritus sancti, conceptus, incarnatus, & homo factus, concipientem matrem seruauit virginem : sic post nouem menses ex ea sine dolore nascens , ipsius virginitatem seruauit illæsam. Manet igitur Maria post partum virgo, & semper virgo : tametsi prius à sacerdotibus tradita fuerat Ioseph in desponsationem: per quàm à canibus sanctum absconderetur , à sponso virginitas comprobaretur, &

virgi-

virginis tam verecundiæ parceretur, quàm famæ prouideretur. Desponsatio enim custodia virginis erat: & salutis humanæ inimici virgines obseruantis depulsio: ne mysterium incarnationis filij Dei ex Maria desponsata Ioseph, posset suspicari. Obseruabat enim virgines, propter prophetiam Esaiæ dicentis: Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum nobiscum Deus.

CREDO QVOD PASSVS EST sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus. Quartus articulus.

QVoniam (vt prædiximus) non debebat, nisi homo: & cógruè satisfacere nemo poterat, nisi Deus, oportuit Christum Deum & hominem, Deo patri offensum genus humanum reconciliare, & primi parentis offensam grauem, graui quoq; supplicio redimere. Qui carne omnia sustinuit, diuina eius natura impassibili

perdurante Illa quidem passibilis (vt nata erat pati) patiebatur: hæc verò impassibilis existens, & passionem non admittens, corpori non compatiebatur. Igitur in carne patiente, Christus nullo damno aut iniuria diuinitatis est affectus: sed, vt per infirmitatem carnis operaretur salutem, diuina natura in mortem descendit: non vt lege mortalium detineretur à morte: sed vt per se Christus resurrecturus, ianuas mortis aperiret. Velut si quis rex pergat in carcerem, vt ingressus aperiat ianuas, resoluat catenas, vincula, seras, & claustra comminuat, & educat vinctos in remissionē: & eos qui sedent in tenebris & in vmbra mortis, luci ac vitæ restituat: dicitur rex fuisse quidem in carcere: non tamen ea conditione, qua fuerant cæteri qui detinebantur in carcere: hi enim in carcere detinēdi, ille verò carcere detentos liberaturus.

Similitudo.

Christus itaque mortem accersi-

uit, mortem deglutiuit, nos æternæ vitæ hæredes effecturus. Et pro nobis mortem (id est peccatorum nostrorum pœnam) sine peccato subire dignatus est: vt quemadmodum pro nobis, sine commeritis, haberet pœnam: sic nos per illum, sine nostris promeritis, haberemus gratiam. Quia sicut nobis non debebatur aliquid boni, ita nec illi aliquid mali. Sed pro iis indebitam morté pati voluit, quibus daturus erat vitam indebita. Passusque est, carne scilicet, sub Pontio Pilato (id est sub potestate Pontij Pilati.) Estq; crucifixus, mortuus scilicet vera morte, per dissolutionem animæ à corpore: diuinitate tamen semper cõiuncta & corpori in sepulchro, & animę in limbo. Et sepultus est, nõ tamen vt alij homines, corruptus, & in cinerem redactus.

CREDO QVOD DESCENDIT ad inferna. Credo quòd tertia die resurrexit à mortuis. Quintus articulus.

CHristus secundum animam diuinitati adnexam (corpus enim interea in sepulchro quiescebat) descendit ad inferna, id est ad limbum, inferni superiorem partem: vbi sancti patres saluandi detinebatur, quoadusq; debitū primi parentis Christus morte sua solueret, eosq; inde educeret.

Credo quòd tertia die resurrexit à mortuis: vt per synecdochē pars ponatur pro toto: vt videlicet pars illius diei Parasceues, quo mortuus est, pro vno die computetur: inde dies sabbathi integer: post quem nox sequēs vsq; ad crepusculum matutinum diei dominici quo resurrexit, pro die tertio computetur. Descensus ad inferos & resurrectio à mortuis, in vno articulo coniunguntur: in quo totum, quod Christus nobis sua morte meruit explicatur. Animæ enim nostræ redemptio completa est per fracturam inferni, in descensu ad inferos: corporis autem nostri redemptio com-

completa est in resurrectione, per gloriam corporis. Si enim Christus resurrexit, & nos resurgemus.

CREDO QVOD ASCENDIT ad cœlos. Credo quòd sedet ad dexteram Dei patris omnipotētis. Sextus articulus.

CHristus secundum humanitatem vel inquantum homo, non statim post resurrectionem, sed flagranti amore nostram omnium salutem operans: post quadraginta dies quibus apparuit sæpius suis discipulis, vt fidem eorum roboraret apparitionibus, & probaret eis glorioſam resurrectionem sui corporis, quod ipsi suis oculis paulò antè viderant mortuum: ad cœlos, per se, & angelorum quidem ministerio, non autem obsequio, ascendit. Non vbi Dei patris filius antè non fuerat: quippe qui semper manebat in patre, semperque erat in cœlis (vbique enim est totus secundum diuinitatem) sed vbi

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Dei

Dei filius caro factus antè non fuerat. Sedetque, id est, etiam nunc Christus in cœlum assumptus, pacificè in gloria & maiestate est: & omnia quietè & pacificè cum patre iudicat, & disponit. In dextra patris, id est, in eterna beatitudine, vbi à seculo sedes ei parata erat.

Septimus articulus.

CREDO QVOD INDE VENturus est iudicare viuos & mortuos.

IN die iudicij Christus in carne humana glorificata, cum maiestate inde (id est è cœlis, ad quos ascendit) cum nubibus cœli descendet. Iudicabitque viuos & mortuos, id est, omnes homines, qui sunt, fuerunt, & erunt: non solum de gestis, sed etiam de cogitatis, reddens vnicuique secundum opera sua. Segregabitq; oues ab hœdis, id est iustos segregabit ab iniustis: iustos quidam in cœlestibus collocans, iniustos verò in profunda inferni ad sempiternas pœnas relegans.

relegans. Quanuis enim nũquam recedat à filio pater: ad iudicandos tamen viuos & mortuos, non ipse dicitur, sed filius affuturus: quia ibi nec patris nec filij diuinitas, sed illa forma videbitur filij quam sibi per sacramentũ incarnationis copulauit. Ipsa ergo erit iudex, quæ corã iudice stetit: ipsa iudicabit, quæ iudicata est: vt videant impij eius gloriam, in cuius mansuetudinem fremuerunt. Talis ergo apparebit iudex, qualis videri possit ab eis, quos est coronaturus, ab eis quos damnaturus est. Pater autem non apparebit, quia forma serui non est indutus: sed filio, qui etiã homo tactus est, dedit iudicij potestatem.

CREDO IN SPIRITVM sanctum.

Octauus articulus.

HIc articulus tertiam summę Trinitatis personam exprimit, spiritum sanctum, qui est persona à patre & filio ineffabiliter: & æternaliter, æterna processione procedens: patri

patri & filio perfectione, virtute, & maiestate per omnia æqualis, eadémque adoratione cum ipsis colenda. Et quum sit substãtia vna & simplex: eadem, in tempore à patre & filio procedendo ad sanctificandum animas mittitur, fons vitæ & sanctificationis. Nam sicut vita corporis anima est: ita vita animæ spiritus sanctus est. Et sicut moritur corpus, si anima deserat: ita moritur anima, si deserat spiritus sanctus.

Nonus articulus.

CREDO ECCLESIAM CAtholicam esse sanctam. Credo sanctorum communionem.

CRedo ecclesiam esse vnam, Deo congregatam, in qua est vna fides, vnum baptisma: in qua vnus Deus creditur, pater, filius, spiritus sanctus. Est autem Ecclesia, tota fidelium in Christo per baptisma regenitorum congregatio, cuius Christus est caput, & optimi quique Christiani eius membra sunt, inuicem charitatis

tatis vinculo coniuncta. Mali etiam eius membra sunt, sed putrida, & per peccata mortua. Quæ ecclesia vnica est, & non plures: sicut vnica fuit arca Noë, in qua tantum salui facti sunt homines à diluuio, aliis (qui extra arcam Noë erant) aqua diluuij obrutis: sic extra vnam ecclesiam non est salus. Catholica enim est (id est, vniuersalis) quia omnes, vt de ea sint, obligantur. Eadem sancta est non habens maculam neque rugam: quoniam precioso Christi dilecti sponsi sui sanguine, ab omni peccati inquinamento mundata est. Eadem apostolica est, id est, apostolorum prædicatione fundata & stabilita, qui post Christum fuerunt ipsius ecclesiæ architecti & fundatores.

Credo sanctorum communionẽ, id est, credo quòd iusti (Dei indultu & gratia) inuicem communicant, inquantum sunt participes omnium bonorum spiritualium, quæ fiunt in vniuer-

vniuersali ecclesia. Psal. 118. Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua.

Decimus articulus.

CREDO REMISSIONEM peccatorum.

ID est, credo quòd quantumcunq; & quotiescunq; homo peccauerit: tamen per integram contritionem, confessionem, & satisfactionem, ex Dei misericordia merebitur in Ecclesia peccatorum veniam. Quãdoquidem nulla peccata infinitam Dei bonitatem vincunt: quorum numerus est finitus, & Dei misericordia est infinita. Per hunc articulum vltra pœnitentiæ sacramentum, etiam alia sex Ecclesiæ sacramenta possunt intelligi: vt sacramentum Baptismi, Confirmationis, Ordinis, Matrimonij, sacrosanctæ Eucharistiæ, & postremæ Vnctionis: quoniam ipsa sacramenta, peccatorum remissionem & gratiæ impetrationem, mirificè & efficaciter conferunt, ritè suscipientibus, & quibus

aliundè nullum est impedimen-

CREDO CARNIS RE-
surrectionem.

Vndecimus articulus.

Credo in fine & consummatione culi, corporum resurrectionē: utem animarum: quia in nouis- die id tātum resurget, quod per em interierit. Animæ autem hu- post mortem corporis manent tites, nec interitum sustinent. ola hominum corpora sentiunt n, & dissolutionem in pulue- deoque ea sola resurgent, ad e- n animam quam prius habue- deundo. Et quæ nunc mortalia ruptibilia sunt, resurrectionis immortalitatē & incorruptionē nt: sic vt corruptionem non a sit vltrà, nec mortem: non na- rnis abiecta (semper enim caro d conditione eius, & qualitate a; quia non erit corruptibilis,

vt pri-

vt prius: non solum iustorum, sed etiam iniustorum. Iustos um quidem, non vt iterum in terra cum pecudibus viuat: sed vt in cœlo cum Christò & angelis permanere possit. Iniustorum verò, non vt iterum in terra suis voluptatibus indulgeat: sed vt in inferno absque interitu suo in æternum debitas luat pœnas. Iusti enim ad gloriæ perpetuitatem, in corporibus sicut sol fulgentibus, resurgent. Iniusti verò ad confusionis & pœnæ perpetuitatem, in obscœnis & immundis corporibus.

Duodecimus articulus.

CREDO VITAM æternam.

ID est, credo quòd post corporis mortem animę viuent immortales: Iustę quidem in cœlo, peccatrices verò in inferno: ante diem iudicij sine corpore, post iudicij dié etiã cũ corpore. Nã sicut Christus resurgens ex mortuis, iã nõ moritur, mors ei vltrà nõ dominabitur: sic omnes resurgẽt, non

non iterum morituri. Præcipitabit enim Dominus mortem in sempiternum.

METHODI

CONFESSIONIS de Præceptis Decalogi,

SECVNDA PARS.

DECEM PRAECEpta legis.

I vis ad vitam ingredi, serua mãdata. Mat. 19 Quoniam in decem preceptis legis Mosaicæ omnis reuerentia ini cultus relucet nec tamen con randum est, quale aut quantum

sit quod iubetur: sed quantus sit ille qui iubet, & quàm magna pollicetur mandata eius exequentibus. Eam ab rem optimo cuique obseruãda sunt Dei præcepta: à quibus adimplendis si labor deterret, præmium inuitare debet. Omne enim opus fieri solet leue, quum eius pretium cogitatur: & spes præmij, solatium est laboris. Considera quæso magnitudinem præmij tui: si tamen considerari potest, quod immensum est. Post abscessum animæ, post carnis interitum, post fauillas, & cinerem, in meliorem statum es reparandus: corpus tuum terrenum, in cœlum eleuandum est. Si hæc seruaueris, angelorum es donandus consortio, regnum acceptturus cœlorum, & in perpetuum cum eo mansurus, qui hæc tibi obseruanda præcepit. Quem igitur laborem durum putabis, cuius tanta sunt præmia? Vt igitur ad vitam ingrediaris, serua mãdata: quorum quidem obedien-

dientiam indulgentissimus ille pater à nobis requirit, pro tantis suis in nos beneficiis: sed illa sub æternæ mortis pœna obseruanda præcepit. Nihil autem Deus iubet quod sibi prosit, sed illi cui iubet. Ideo verus est Dominus, qui seruo non indiget, & quo seruus indiget.

PRÆCEPTA DECALOGI.

Vnum crede Deum: ne iures ua-
nè per ipsum.

Tu Domini uenerare diem, uene-
rare parentes.

Ne sis occisor, mœchus, fur, testis
iniquus.

Nec sponsam alterius, nec res opi-
taueris unquam.

EXPOSITIO PRIMVM PRAECEPTVM.

Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.

Matth. 4.

HOc præcepto præcipitur nobis latria, id est seruitus, adoratio, honor, & reuerentia soli Deo exhibenda. Quæ fit corde per fidem, spē, & charitatem summam in Deum habitam. Et corpore per adorationem, laudem Dei vocalem, sacrificium, ieiunium, & alios gestus cedentes in honorem Dei.

Firma fides, recti spes conscia, charus amor sit.

Per fidem præcipitur nobis credere duodecim articulis fidei explicitè, & implicitè omnibus quibus sancta Ecclesia credit, & habere interiorem mentis deuotionem in Deum, & eius sanctos propter eum. Sed quia fides sine operibus mortua est, sicut & opera sine fide: & fides vera per ope-

ra

comprobatur: & quia probatio di
tionis, exhibitio est operis : Idcir-
præcipitur nobis, Deum adorare
venerari etiam actu exteriore : vt
capitis inclinatio, manuum com-
ſus, genuum flexio, pectoris tun-
, laus Dei vocalis, aurium ad lau-
n Dei arrectio, carnis maceratio,
ſimiles geſtus. Sanctam ſiquidem
indiuiduam trinitatẽ Ieſum Chri-
m, ſacroſanctam Euchariſtiam ado
ione latriæ venerari iubemur. Vir-
nem autem Mariam honore hyper
liæ. Crucem etiam adorare, & ve-
rari. Angelos verò, & maximè an-
lum noſtræ cuſtodiæ deſignatum,
nctos, ſanctas, eorum reliquias &
mpla, honore duliæ, honorare iu-
mur.

Hic notandum, quòd non ado-
mus imagines per ſe : ſed honor, Imagines
uerentia, & adoratio exhibetur per ſe nõ
eo, aut ſancto cuius eſt imago. adorãdę.
Neque etiam ſancti ſic à nobis ſunt

adorandi & honorandi: vt in eis præcipuam spem & confidentiam collocemus, & plusquam in Deum. Verum à nobis orandi & honorandi sunt, tanquam amici & filij Dei per gratiam, eiusq; hæredes: & tanquam aduocati & intercessores nostri apud Deum, omnium bonorum largitorē.

Spes. Per spem præcipitur nobis in Deo firmiter confidere, quod ex sua misericordia & gratia intercedentibus nostris operibus bonis, æterna beatitudine nos donabit.

Charitas. Per charitatem præcipitur nobis Deum super omnia diligere: sic vt nullam creaturam plus quàm Deum diligamus, propter quam Dei amorem & gratiam perdere velimus. Immensus enim Deus sine mensura debet amari præsertim à nobis: quos sic amauit, sic saluauit, pro quibus tot & tanta fecit. Igitur Deus à nobis amari debet ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente: totum namq;

nq; hominem exigit, qui totum minem fecit.

Ex toto corde Deum diligere, eſt n abduci blanditiis, non ſeduci fal iis, non frangi iniuriis: ſed inte- ē Deum ſic diligere ex toto cor- , vt ad nullius rei dilectionem r magis feratur, quàm ad Deum: : delectetur in aliquia re magis, àm in Deo. Non enim Deum ex o corde diligit, qui aliquid cum eo diligit, quod propter ſe, & non opter Deum diligit.

Ex tota anima Deum diligere, eſt fideliter Deū diligere, vt malimus imam noſtram ſeparari à corpore, à Deo: quę dilectio, omnia grauia difficilia facit leuia & facilia. Ideo ncti martyres omnia tormentorum nera, tanq; dulcia, non ſolū patien- , ſed etiam hilariter præ ardenti a- ore ſuſtinebant. Et ſancti patres in ſertis præ huius amoris ingenti ar- ore, in ieiunio, fletu & planctu,

Dei filius caro factus antè non fuerat. Sedetque, id est, etiam nunc Christus in cœlum assumptus, pacificè in gloria & maiestate est: & omnia quietè & pacificè cum patre iudicat, & disponit. In dextra patris, id est, in eterna beatitudine, vbi à seculo sedes ei parata erat.

Septimus articulus.

CREDO QVOD INDE VENturus est iudicare viuos & mortuos.

IN die iudicij Christus in carne humana glorificata, cum maiestate inde (id est è cœlis, ad quos ascendit) cum nubibus cœli descendet. Iudicabitque viuos & mortuos, id est, omnes homines, qui sunt, fuerunt, & erunt: non solum de gestis, sed etiam de cogitatis, reddens vnicuique secundum opera sua. Segregabitq; oues ab hœdis, id est iustos segregabit ab iniustis: iustos quidam in cœlestibus collocans, iniustos verò in profunda inferni ad sempiternas pœnas relegans.

ans. Quanuis enim nũquam re-
à filio pater : ad iudicandos ſa-
viuos & mortuos, non ipſe dici-
ed filius affuturus : quia ibi nec
nec filij diuinitas, ſed illa forma
itur filij quam ſibi per ſacramen
arnationis copulauit. Ipſa ergo
idex, quæ corã iudice ſtetit: ipſa
bit, quæ iudicata eſt: vt videant
eius gloriam, in cuius manſue-
em fremuerunt. Talis ergo ap-
it iudex, qualis videri poſsit ab
os eſt coronaturus, ab eis quos
aturus eſt. Pater autem non ap-
it, quia forma ſerui non eſt in-
: ſed filio, qui etiã homo tactus
edit iudicij poteſtatem.

RTICVLVS IN SPIRITVM ſanctum.

Octauus articulus.

ic articulus tertiam ſummę Tri-
itatis perſonam exprimit, ſpi-
ſanctum, qui eſt perſona à pa-
filio ineffabiliter : & æternali-
æterna proceſsione procedens:

patri

patri & filio perfectione, virtute, & maiestate per omnia æqualis, eadémque adoratione cum ipsis colenda. Et quum sit substãtia vna & simplex: eadem, in tempore à patre & filio procedendo ad sanctificandum animas mittitur, fons vitæ & sanctificationis. Nam sicut vita corporis anima est: ita vita animæ spiritus sanctus est. Et sicut moritur corpus, si anima deserat: ita moritur anima, si deserat spiritus sanctus.

Nonus articulus.

CREDO ECCLESIAM CAtholicam esse sanctam. Credo sanctorum communionem.

CRedo ecclesiam esse vnam, Deo congregatam, in qua est vna fides, vnum baptisma: in qua vnus Deus creditur, pater, filius, spiritus sanctus. Est autem Ecclesia, tota fidelium in Christo per baptisma regenitorum congregatio, cuius Christus est caput, & optimi quique Christiani eius membra sunt, inuicem charitatis

vinculo coniuncta. Mali etiam membra sunt, sed putrida, & per ta mortua. Quæ ecclesia vnica non plures: sicut vnica fuit arca , in qua tantum salui facti sunt nes à diluuio, aliis (qui extra ar- Noë erant) aqua diluuij obru- ic extra vnam ecclesiam non est Catholica enim est (id est, vni- is) quia omnes, vt de ea sint, antur. Eadem sancta est non ha- maculam neque rugam: quo- precioso Christi dilecti sponsi nguine, ab omni peccati inqui- nto mundata est. Eadem apo- a est, id est, apostolorum prædi- ne fundata & stabilita, qui post stum fuerunt ipsius ecclesiæ ar- cti & fundatores.

redo sanctorum communionẽ, credo quòd iusti (Dei indultu tia) inuicem communicant, in- rum sunt participes omnium bo- n spiritualium, quæ fiunt in vniuer-

vniuersali ecclesia. Psal. 118. Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua.

Decimus articulus.

CREDO REMISSIONEM peccatorum.

ID est, credo quòd quantumcunq; & quotiescunq; homo peccauerit: tamen per integram contritionem, confessionem, & satisfactionem, ex Dei misericordia merebitur in Ecclesia peccatorum veniam. Quãdoquidem nulla peccata infinitam Dei bonitatem vincunt: quorum numerus est finitus, & Dei misericordia est infinita. Per hunc articulum vltra pœnitentiæ sacramentum, etiam alia sex Ecclesiæ sacramenta possunt intelligi: vt sacramentum Baptismi, Confirmationis, Ordinis, Matrimonij, sacrosanctæ Eucharistiæ, & postremæ Vnctionis: quoniam ipsa sacramenta, peccatorum remissionem & gratiæ impetrationem, mirificè & efficaciter conferunt, ritè suscipientibus, & quibus

us aliundè nullum eſt impedimen-
m.

CREDO CARNIS RE-
ſurrectionem.

Vndeci-
mus arti-
culus.

Redo in fine & conſummatione
ſeculi, corporum reſurrectionē:
n autem animarum: quia in nouiſ-
o die id tãtum reſurget, quod per
rtem interierit. Animæ autem hu-
næ poſt mortem corporis manent
erſtites, nec interitum ſuſtinent.
d ſola hominum corpora ſentiunt
tum, & diſſolutionem in pulue-
n: ideoque ea ſola reſurgent, ad e-
dem animam quam prius habue-
t redeundo. Et quæ nunc mortalia
corruptibilia ſunt, reſurrectionis
cia immortalitatē & incorruptionē
uent: ſic vt corruptionem non
ura ſit vltrà, nec mortem: non na-
carnis abiecta (ſemper enim caro
) ſed conditione eius, & qualitate
ata; quia non erit corruptibilis,
vt pri-

vt prius: non ſolum iuſtorum, ſed etiam iniuſtorum. Iuſtos um quidem, non vt iterum in terra cum pecudibus viuat: ſed vt in cœlo cum Chriſtò & angelis permanere poſsit. Iniuſtorum verò, non vt iterum in terra ſuis voluptatibus indulgeat: ſed vt in inferno abſque interitu ſuo in æternum debitas luat pœnas. Iuſti enim ad gloriæ perpetuitatem, in corporibus ſicut ſol fulgentibus, reſurgent. Iniuſti verò ad confuſionis & pœnæ perpetuitatem, in obſcœnis & immundis corporibus.

CREDO VITAM æternam.

Duodecimus articulus.

ID eſt, credo quòd poſt corporis mortem animę viuent immortales: Iuſtę quidem in cœlo, peccatrices verò in inferno: ante diem iudicij ſine corpore, poſt iudicij dię etiã cũ corpore. Nã ſicut Chriſtus reſurgens ex mortuis, iã nõ moritur, mors ei vltrà nõ dominabitur: ſic omnes reſurgẽt, non

n iterum morituri. Præcipitabit
n Dominus mortem in ſempi-
um.

IETHODI

CONFESSIONIS
de Præceptis De-
calogi,

SECVNDA PARS.

DECEM PRAECEPTA legis.

SI vis ad vitam ingredi, ſerua mãdata. Mat. 19 Quoniam in decem preceptis legis Moſaicæ omnis reuerentia
ni cultus relucet: nec tamen con
randum eſt, quale aut quantum

sit quod iubetur: sed quantus sit ille qui iubet, & quàm magna pollicetur mandata eius exequentibus. Eam ab rem optimo cuique obseruãda sunt Dei præcepta: à quibus adimplendis si labor deterret, præmium inuitare debet. Omne enim opus fieri solet leue, quum eius pretium cogitatur: & spes præmij, solatium est laboris. Considera quæso magnitudinem præmij tui: si tamen considerari potest, quod immensum est. Post abscessum animæ, post carnis interitum, post fauillas, & cinerem, in meliorem statum es reparandus: corpus tuum terrenum, in cœlum eleuandum est. Si hæc seruaueris, angelorum es donandus consortio, regnum acceptturus cœlorum, & in perpetuum cum eo mansurus, qui hæc tibi obseruanda præcepit. Quem igitur laborem durum putabis, cuius tanta sunt præmia? Vt igitur ad vitam ingrediaris, serua mãdata: quorum quidem obedien-

entiam indulgentissimus ille pater
obis requirit, pro tantis suis in nos
neficiis : sed illa sub æternæ mortis
ena obseruanda præcepit. Nihil au
n Deus iubet quod sibi prosit, sed
cui iubet. Ideo verus est Domi-
s, qui seruo non indiget, & quo ser
s indiget.

PRÆCEPTA

DECALOGI.

um crede Deum : ne iures ua
nè per ipsum.
Domini uenerare diem, uene
rare parentes.
sis occisor, mœchus, fur, testis
niquus.
c sponsam alterius, nec res opi
taueris unquam.

PRIMVM PRAECEPTVM.

Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.

Matth. 4.

HOc præcepto præcipitur nobis latria, id est seruitus, adoratio, honor, & reuerentia soli Deo exhibenda. Quæ fit corde per fidem, spē, & charitatem summam in Deum habitam. Et corpore per adorationem, laudem Dei vocalem, sacrificium, ieiunium, & alios gestus cedentes in honorem Dei.

Firma fides, recti spes conscia, charus amor sit.

Per fidem præcipitur nobis credere duodecim articulis fidei explicitè, & implicitè omnibus quibus sancta Ecclesia credit, & habere interiorem mentis deuotionem in Deum, & eius sanctos propter eum. Sed quia fides sine operibus mortua est, sicut & opera sine fide: & fides vera per ope-

ra

mprobatur: & quia probatio di
onis, exhibitio est operis : Idcir-
ræcipitur nobis, Deum adorare
enerari etiam actu exteriore : vt
apitis inclinatio, manuum com-
us, genuum flexio, pectoris tun-
aus Dei vocalis, aurium ad lau-
Dei arrectio, carnis maceratio,
miles gestus. Sanctam siquidem
diuiduam trinitatē Iesum Chri-
, sacrosanctam Eucharistiam ado
one latriæ venerari iubemur. Vir-
m autem Mariam honore hyper
æ. Crucem etiam adorare, & ve-
ri. Angelos verò, & maximè an-
um nostræ custodiæ designatum,
tos, sanctas, eorum reliquias &
pla, honore duliæ, honorare iu-
ur.

Hic notandum, quòd non ado-
nus imagines per se : sed honor, Imagines
erentia, & adoratio exhibetur per se nō
o, aut sancto cuius est imago. adorādę.
eque etiam sancti sic à nobis sunt

adorandi & honorandi: vt in eis præcipuam spem & confidentiam collocemus, & plusquam in Deum. Verum à nobis orandi & honorandi sunt, tanquam amici & filij Dei per gratiam, eiusq; hæredes: & tanquam aduocati & intercessores nostri apud Deum, omnium bonorum largitorē.

Spes. Per spem præcipitur nobis in Deo firmiter confidere, quod ex sua misericordia & gratia intercedentibus nostris operibus bonis, æterna beatitudine nos donabit.

Charitas. Per charitatem præcipitur nobis Deum super omnia diligere: sic vt nullam creaturam plus quàm Deum diligamus, propter quam Dei amorem & gratiam perdere velimus. Immensus enim Deus sine mensura debet amari præsertim à nobis: quos sic amauit, sic saluauit, pro quibus tot & tanta fecit. Igitur Deus à nobis amari debet ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente: totum

namq;

nq; hominem exigit, qui totum minem fecit.

Ex toto corde Deum diligere, eſt n abduci blanditiis, non ſeduci fal is, non frangi iniuriis: ſed inte- Deum ſic diligere ex toto cor- , vt ad nullius rei dilectionem magis feratur, quàm ad Deum: delectetur in aliqua re magis, ùm in Deo. Non enim Deum ex o corde diligit, qui aliquid cum eo diligit, quod propter ſe, & non opter Deum diligit.

Ex tota anima Deum diligere, eſt fideliter Deũ diligere, vt malimus imam noſtram ſeparari à corpore, à Deo: quę dilectio, omnia grauia difficilia facit leuia & facilia. Ideo ncti martyres omnia tormentorum nera, tanq; dulcia, non ſolũ patien- ,ſed etiam hilariter præ ardenti a- ore ſuſtinebant. Et ſancti patres in ſertis præ huius amoris ingenti ar- ore, in ieiunio, fletu & planctu,

saporem, delectationem & dulcedinem magnam sentiebant: vtentes pro alimento herbis & arborum corticibus, sicco pane & aqua frigida, terra pro lecto, lapide pro ceruicali, & cilicio pro vestimẽto. Qui enim huius a moris gustu inebriatus fuerit, ad omne opus bonum hilarescit, dolet & non sentit, laborat & non lassatur, deridetur nec aduertit. Constans enim & perfect⁹ est ille amor vt (si necesse sit) homo pro amore illius moriatur, qui pro eius amore, placidè ac benigne mori dignatus est.

Ex tota mente Deum diligere: est totam memoriam applicari in commemoratione beneficiorum à Deo acceptorum.

Peccat in fidem.

Non credens, dubitans, scrutans, fidei abdita, Christum.

Ore negans, tentans, nec adorans, sortibus vtens.

Peccat in spem

De bo-

onitate Dei desperans, fretus
em.
ter peccans, propriis confisus
ctis.
Peccat in charitatem
onens in amore Deum, mun-
; timore.
Dei violans, seruansq; timo-
ehennæ.
Peccant contra hoc præ-
ceptum in fidem.
etici, idololatrę, Turcę, Iudæi, Infideli-
natici & quicunque orthodoxā tas.
nostram corde, ore, & opere
rofitentur.
ui decem præcepta legis, & duo
articulos fidei negligunt addi-
. Tenetur enim vnusquisque ad
n, quam pro eo in baptismo san-
ccleſiæ ſpoponderunt lustrici pa
es: nec debet ei administrari ve-
bile sacramentum Eucharistiæ,
ec ea didicerit.
Qui in iis, quæ ad fidei necessi-

tamem ſpectant, ab eccleſia diſſentiũt pertinaciter credendo oppoſitum.

Qui in fide errant, credentes ſe rectè ſentire, mordicus tanendo atq; aſſerendo errorem ſuum.

Dubitatio in fide

Qui non planè credunt articulis fidei, paradiſo, inferno, purgatorio, ſacroſanctæ Euchariſtiæ, aut aliis eccleſis ſacramentis. Dubius enim in fide, infidelis eſt. Auguſtinus. Nõ te terre at, ô Chriſtiane, quòd credita differuntur: licet enim abſcondito ſit promiſsio, in ſpe tamen perſeueret oratio, exerce operibus, creſce virtutibus: dũ fidei conſtantia probatur gloria retributionis augetur. Et alibi: Laus fidei eſt, non viſa credere: præmium erit, creditorum adeptione gaudere.

Scrutatio fidei.

Qui præſumptuoſè fidei articulos ſcrutantur, aut de fide diſputant, de fidei veritate dubitando. Debent enim ſimplices explicitè in ſymbolo apoſtolico cõtentis credere, purè, ſyncerè, & citra omnem dubitationẽ. Implicitè

autẽ & in genere, assentiri, & cre
omnibus quibus credit sancta ec
a, sic vt nulli articulo explicitè dis
ant.

Quę omnia maiores explicitè pro
tur & credunt, inquantum ad-
ent scripturæ diuinæ.

i in fide nihil credere volũt, nisi
d possit eis ratione liquida de-
trari. Quod hominũ genus meri
dei perdit. Gregorius: Fides non
t meritũ, vbi humana ratio præ-
experimentum. Nemo enim fi-
per rationes potest perscrutari.

Qui fidem ore negant, licet cor- Negatio
eneãt, quomodo peccauit Petrus, Dei.
ndo quidem optimo cuiq; Chri
o tanta debet esse constantia, vt
s auferatur vita quàm fides. Au-
inus: Fides officium à nobis exi-
& cordis & linguæ.

Qui à Deo aut sanctis expetũt mi- Tentatio
la, aut volũt eos miraculosè sibi Dei.
urrere, cum alia via sibi subue-

nire

nire posſint.

Qui cum pauperes ſint, aut valetudinarij, aut malè affecto corpore, aut in quauis neceſsitate conſtituti, diuitias, ſanitatem, à periculo immunitatem, Deum aut eius ſanctos ita precantur: vt ſi non adipſcantur, murmurent: quaſi Deus non eſſet iuſtus, bonus, atque miſericors. Nec mirum (inquit Gregorius) ſi poſtulantes à Domino tardè audimur, qui præcipiẽtem dominum aut tardè aut nunquàm audimus: & quid mirum ſi. N. in prece ſua citius eſt auditus, qui in præceptis ſuis dominum citius audiuit? Procuret igitur vnuſquiſque quantum poteſt naturali induſtria medelam, non tentando Deum: reliquumq; quod humanum captum excedit, diuinæ prouidentiæ committat, quæ ipſi largietur, quod eſt commodiſsimum. Sæpe enim paupertas, afflictio, & aduerſa valetudo, ſi non corporia, uimæ tamen plerunq; ſunt vtiliſ-

iliſsime. Et (inquit Hieronymus) eus plerunq; non tribuit nobis q̃d olumus, vt tribuat nobis quod ma- emus.

Qui Deo & ſanctis debitum ho- norem & reuerentiam non impen- dunt: aut horum reliquiis & imagi- nibus irreuerentiam faciunt. Irreuerentia Dei.

Qui indignè ſacroſanctam Eucha riſtiam ſumunt.

Qui corã Euchariſtia & reliquiis ſanctorum ac cruce domini, aut in tẽ plis & locis diuino cultui dedicatis irreuerenter ſe habent.

Sortilegi, incantatores, magici ſom niorum interpretes, cęteriq; artibus à lege diuina prohibitis vtentes. Magia.

Qui horum hominum vtũtur ad miniculo, ad ſanitatem aut rem per- ditam recuperandam.

Peccant in ſpem

Qui ex tẽtatione dęmonis, puſil- lanimitate, aut alia quauis naturali in firmitate, deſperant ſeu non ſperant conſe- Deſpera- tio.

consequi futuram beatitudinem.

Qui peccata sua grauiora putant, quàm vt mereantur veniam: aut Deus velit positive eos venia donare, eam ob rem in suis peccatis vitam suam finire volentes.

Qui peccata peccatis accumulant: & vt peccatis vacent liberius, eniti nolunt vt peccatorum suorum remissionem consequantur.

Qui præsentem vitam fastidiunt, quòd non omnia pro voto sibi succedant: aut quòd non sit in tanto honore tantisq; diuitiis, in quantis alios versari audiunt: & eam ob rem seipsos negligunt, & mente deiecti, appetunt se nunquam fuisse natos, aut de medio tolli quacunque morte in quocunque statu. Qui autem ex desiderio cœlestis patriæ & Dei amore, præsentem vitam fastidiunt, considerando quàm dulce sit, quàm suaue, quàm vtile videre Deum, eo frui, sanctorum angelorum agminibus interesse, ad quæ omnia obtinenda sunt creati.

Vicissim considerando quanta sit mẽ tis obscuritas ignorare creatorem su um, q̃ graue periculum, quanta im puritas, quanta instabilitas cordis, quanta ingratitudo, cum tot & tanta ab eo acceperint beneficia: illi quidẽ ex hoc fastidio merentur, sicut & Pau lus, quando dicebant. Cupio dissol ui, & esse cum Christo. Istud enim fastidium sanctum est: non ex con scientia peccatrice exortum, sed ex operante charitate: non impatienter habitum, sed ex desiderio susceptum. Hic notandum est, desperationem pec catis grauissimis longe esse grauio rem. Prima enim salus, est declinare culpam. Secunda, eius non despera re veniam: quam qui desperat, aditũ sibi obstruit ad consequendam Dei misericordiam, peccata sua eidem cõ parando. Quid enim aliud est des perare, quàm Deum peccatis suis comparare? Nam qui de Deo non sperat veniam, non animaduertit

Dei

Dei clementiam plus posse, quàm sua peccata: nec summi boni bonitatem maiorem esse, quàm sua nequitia. Itaque ille solus desperet, qui tantam peccare potest, quàtum Deus bonus est: quod cum fieri non possit, qui timet de se malo, confidat de Deo meliore. Non enim potuit tanta peccata committere, etiam si ea omnia commisisset quæ ab origine mundi sunt commissa, quin ea Deus possit remittere. Eorum enim numerus est finitus, misericordia autem Dei & bonitas est infinita: igitur per eam possunt remitti. Hoc amplius, minima gutta prætiosi sanguinis domini nostri Iesu Christi, in passione pro nobis diffusi, præponderat omnibus peccatis quæ fuerunt ab origine mundi.

Præsumptio de mia Dei.

Qui in suis peccatis perseuerant, sperantes eorum veniam consequi sine pœnitentia, aut æternam gloriam sine meritis.

Qui audacter peccant, dicentes se à

se à Deo creatos non vt damnati essent. Illi verum quidem dicunt. Deus enim in hoc hominem creauit, vt eũ suæ gloriæ & beatitudine participet: ad quam per baptismũ peculiariter Christianos vocat: sed multi sunt vocati, pauci verò electi: & qui verax est in promittendo, etiam verax est in minando. Et quoniam fides sine operibus mortua est, nemo potest sine opere bono & meritorio vitam æternam consequi. dicitur enim. Si vis ad vitam ingredi, serua mãdata. Mat. 19.

Qui vitę suę emendationem proferunt in senectutem vsque, aut mortis articulum: sperantes tum vitæ retroactæ pœnitentiam agere, dicentesque contritionem tum sufficere ad salutem. Ita quidem esse non inficior: sed tam breui temporis momento, cũ mors vrget, pœna terret: vix & rarò, iusta & ad salutem sufficiens tot peccatorum agitur pœnitentia. Præterea forsitan morte repentina, & impræ-

meditata opprimẽtur: quia (vt ait Gregorius) Qui non vult ad Deum conuerti, cum poterit: iustum est, vt infligatur, ei non posse, cum voluerit.

Præsumptio de nostris meritis.

Qui merita sua tanta putãt, vt propiis Deus debeat eos à tribulationibus immunes præstare, & vita æterna donare, sola virtute propriorum meritorum. Ad cœlestis enim Hierusalem non ascendunt consortium: nisi qui toto corde profitentur, non proprij operis, sed diuini esse muneris, quòd ascendunt. Nam bonis quidem operibus debetur merces si fiant: sed gratia quæ nõ debetur, præcedit vt fiant.

Peccant in charitatem.

Amor tẽporalium.

Qui se suosque plus amant, quàm Deum. Quisquis enim seipsum, non Deum amat, ille non se amat: & quisquis Deum, non seipsum amat, ille se amat. qui enim non potest viuere de se, moritur vtique amando se. Cum ergo ille diligitur, de quo viuitur, se non diligendo, magis se diligit: qui pro-

propterea se non diligit, vt eum de quo viuit, diligat.

Qui propter aliquod lucrum temporale consequendum: vt fit in emẽdo, vel vendendo quicquã. Aut propter aliquam delectationẽ: vt fit scortando, & crapulando. Aut propter mundanos honores: vt fit superbiendo, & inaniter gloriando: faciunt contra Dei prȩcepta, amorem Dei aspernantes. Quandoquidem id genus hominum nó amat Deum super omnia: sed præponit mundum mundanásve delicias, Deo optimo maximo. Qui quia nos ita dilexit, vt de cœlestibus gaudiis in nostræ miseriæ & infirmitatis participationem descenderet, & qui erat omnium summus, fieret omnium infimus, carnem nostram mortalem indueret, mortemque turpissimam & crudelissimam pro nobis miseris voluntariè sustineret, & nobis offensum patrem placaret.

Idcirco in amore respondentes,

eundem plus quàm nos mundanaq; omnia, redamare debemus. Augustinus: Deus homo factus est, igitur quid facturus est homo, propter quē Deus factus est homo?

Qui tam inordinatè afficiuntur erga hunc mundum, seu ad permanendum in vita præsentis seculi, vt in ea perpetuo permanere vellent, si possent, de superna felicitate nihil curantes. Qui enim voluerit esse amicus huius seculi, inimicus Dei constituetur. Augustinus: Christiano rectè gaudendi causa non præsens seculum est, sed futurum est: ita est vtendum temporalibus, ne obsint æternis, vt in via qua peregrini ambulant, hoc placeat quod ducit ad patriam. Mundi enim amor & Dei, pariter in vno corde cohabitare nō possunt: quemadmodum oculi cœlum & terrā nequaquam respiciunt.

Qui Deo seruiunt, non quidem propter se, sed propter bona, quæ

inde

inde ab eo assequi sperant. Hoc enim affectu & desyderio colendus est DEVS, vt sui cultus ipse sit merces. Nam qui DEVM ideo colit, vt aliud magis quàm ipsum promereatur: non Deũ colit, sed illud quod assequi concupiscit.

Qui timore alicuius (vt serui propter dominos, discipuli propter præceptores) Dei præceptis obedire omittunt, eius amorem negligentes: & sic creaturam vilem pretiosissimo creatori præponunt. Ad omne enim opus bonum (inquit Augustinus) amor ducit, & timor Dei: ad omne peccatum amor ducit, & timor mundi. Vt ergo apprehendatur bonum, & declinetur malum, discernendum est, quid diligi debeat, & quid timeri. Timor mũdanus.

Qui peccata quidem fugiunt, non ex Dei charitate, sed tantum ad vitandum damnum quod incurrerent ex tali peccato, aut ad laudem humanam acquirendam.

Qui irrisorum, aut oblocutorum verba formidãtes, debita diuino cultui exequi verentur. Nemo enim fabulis & irrisionibus insipientium & infidelium terreri debet, quo minus ea quæ legis sunt, faciat, non enim eũ de gehennæ ignibus hominum fabulæ poterũt liberare vel risus: sed Christi timor atque iustitia.

Qui cum teneantur & debeant Christum insequi, & eius doctrinam: id tamen erubescunt, aut eius nomen proferre, & prædicare verentur.

Timor seruilis.

Qui Deum timent, & reuerentur, eiusque mandata seruant, solo timore pœnarum infernalium peccatis debitarum: sic vt si cessaret peccatorũ vindicta, ad sua reuerterẽtur peccata. Sũt enim (inquit Augustinus) quos peccasse pœnitet, propter præsentia supplicia: sicut displicent latroni peccata, quando agitur de pœna: sed si desit vindicta, reuertitur ad crimina. Ista est pœnitentia nó ex fide procedens,

nec est

est charitate munita: sed sterilis, sine misericordia. Hæc non purgat conscientiam, nec lauat crimina: in hac nulla est spes veniæ, nulla expectatio indulgentiæ. Oportet igitur vt timorem illum seruilem conuertant in filialem: & post timorem, cósurgant ad charitatem Dei, quasi filij: quorú est timere offensam patris, ne semper sub timore iaceant, quasi serui. Tunc enim suæ ad Deum conuersionis ostendunt amorem, si eum vt patrem diligunt, quem prius seruili mente vt Dominum formidabant. Arbitrij enim libertatem quærit Deus, non necessitatem: charitatem fidelem, non timorem seruilem. Nec solum oportet eum timere tanquàm iudicem, sed etiam diligere tanquàm patrem. Cuius charitate quisquis à peccato continet, horrescit omne malum, amplectẽdo iustitiæ bonum: nec eũ delectat peccatum, etiã si eius permutatur im-

punitas: libera enim semper est seruitus apud Deum, cui non necessitas seruit, sed charitas. Qui verò sola pœna supplicij in se vitia reprimit, quanuis non expleat opus peccati, tamen viuit in eo voluntas peccandi: doletque sibi illicitum, quod lex vetare dignoscitur, & vult non esse quod metuat, vt audacter illicita committat.

Deus super omnia est diligendus: quia
- Summè bonus est.
- Prior dilexit nos.
- Pater noster est.
- Prouidet nobis.
- Redemit nos.
- In Eucharistia nobis est præsens.
- Promittit præmium inexcogitabile.

SECVNDVM PRAECEPTVM.

Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum.

HOc præcepto vetatur omnis falsa, inordinata, temeraria & inconsiderata diuini nominis assumptio,

, vt fit blasphemando : vetatur e-
n omne iusiurandum sine causa le
ma: siue fiat per Deum, per san-
os, per crucem, per sanctum Euan-
elium, per fidem, per animam, per
aput, siue per alias creaturas. Nam in
omnibus his non iuratur nisi per
Deum, qui sanctos sanctificauit, pro
nobis in cruce pepẽdit, Euãgelium &
fidem dedit: obligasque animam &
caput tuum pœnæ à Deo infligendę.

Iurabis verum reuerenter quando
necesse est.

Iurando peccas, si tria defuerint.

In iureiurando tria debent inesse,
Veritas, Reuerentia diuino nomini,
Necessitas. Non omnino iusiurandũ
est vetitum: licet enim veritatem iu-
reiurando asserere cum timorę & re-
uerentia Dei, quem in testimonium
vocamus, idque duntaxat quando v-
tilitas nostra aut proximi id exigit. In-
certis enim rebus & nullius aut sal-
tem modicæ vtilitatis, non omnino

est iurandum. Iureiurando enim nobis vtendum est tanquàm medicina, quæ non nisi in necessitate accipitur. Debet igitur esse sermo noster, etiam, etiam, non, non.

Contra hoc præceptum sic peccatur.

Peiero, blasphemo, voueo malè, votaque frango.

Ex leuitate, Dei nomine sæpe voco.

Peccant contra hoc præceptum.

Periuriũ. Qui per iocum id quod falsum est, iureiurando confirmant.

Qui falsum, aut quod falsum esse credunt iureiurando asseuerant. Tales enim nomen Dei aut sanctorum ad falsitatis confirmationem assumũt, dum falsitatis, aut deceptionis diuinam veritatem inuocant testem, aut eius sanctos. Iurare enim per Deum, aut sanctos, est Deum, aut sanctos testes inuocare.

Qui aliquid adhibito iureiurando asseuerant de quo tamen dubitant:

tametsi

ametsi postmodũ cognoscunt, quòd
d verum fuit. Tales enim se exponũt
liscrimini.

Qui adhibito iureiurando alteri
liquid promittunt, non habentes vo
untatem standi promissis.

Qui adhibito iureiurando alteri
iquid promittunt, non habentes vo
ntatem promittendi, aut se obligan
i: & ideo quodam verborum fuco
cuntur. Isidorus: Quacunque arte
erborum quisque iuret, Deus ta-
en qui conscientiæ testis est, ita hoc
cipit, sicut ille cui iuratur, intelligit.

Qui promittunt quicquam alteri,
nimo quidem adimplendi promis-
m: sed tamen id postea absque cau-
excusante non adimplent, quo tem
re periurium admittunt.

Qui iurant se quicquam mali fa-
uros, siue minando, siue alio quo-
s modo. Peierant enim, siue id
od animo conceperint efficiant,
e non: quia adplicant iusiu-
randum

randum in eo, in quo omnino est pe-
ierandum. Dicitur enim in malis pro
missis rescinde fidem, & in turpi vo-
to muta decretum.

Qui iurant se omissuros opus pi-
um, ad quod non obligantur: vt qui
iurant se nunquam charitatis obse-
quium alteri exhibituros, alterũ nun-
quàm adiuturos & similia. Nam li-
cet non teneantur ad illud bonum:
tenentur tamen non ponere obicem
Spiritui sancto. Iusiurandũ enim ad-
plicant ad materiam nõ obligabilem:
cum vis & effectus iurisiurandi, sit
obligare ad faciendum.

Qui ex industria aliquem ad per-
iurium compellunt.

Blasphe-
mia. Qui per falsos Deos iurant.

Qui Deo attribuunt, quod ei nõ
conuenit: vt qui Deum dicunt iniu-
stum, immisericordem.

Qui negant aliquid, quod Deo
conuenit: vt qui Deum negant cu-
rare mortalia.

Qui

Qui attribuunt creaturæ, quod soli Deo conuenit: vt qui diabolo & fortunæ potentatum ommium rerum & dominium attribuunt.

Qui Deo membra attribuũt, quæ in quantum Deus est non habet: vt qui iurat per ventrem Dei, & similia membra.

Qui Deo & sanctis male precantur, eaque quæ Deo & sanctis inesse non possunt: vt qui vellent Deum nõ esse iustũ. Sicut enim palato non sano pœna est cibus, qui suauis est: & oculis ægris odiosa lux, qua incolumis gaudet obtuitus: ita displicet iniquis iustitia Dei: cui si se subiicerent, non conturbarentur.

Qui Deo & sanctis iniuriam irrogant.

Qui vouent committere aliquod opus mortale: vt occidere, aut mutilare aliquem. Materia enim voti, est solũmodo opus bonũ Deo acceptũ. Votum illicitum.

Qui vouent aliquid contra diuina

consilia

consilia: puta nō ingredi religionem, nō dare eleemosynam. Quod vouum non est licituin : promittitur enim Deo, quod ei non placet.

Qui vouent rem quidem licitam, sed propter malum finem, & vt desiderij illiciti fiant compotes : faciunt enim Deum authorem & patronum sui criminis.

Qui vouent vota indiscreta, stulta, irrationabilia : vt qui vouent non pectere caput, aut non lauare faciem, & similia. Votum enim esse debet de re discreta, & rationabili iuxta illud Pauli, Rationabile fit obsequium nostrum.

Votorum fractio. Qui vota sua Deo non reddunt tempore debito: duntaxat si ea sint de opere bono, & quod præstare possint: quia si votum sit de opere mortali, seruandum non est : imò peccatur illud exequendo. Itaq; vnusquisque semel atque iterum cogitet, quæ voueat, & quæ vouendo persoluat.

qui

qui seipsum vouet Deo, seipsum reddat Deo: hoc exigitur, hoc debetur: imago Cæsaris, reddatur Cæsari: imago Dei, reddatur Deo. Hic notãdum vota rationabili de caussa posse ab Ecclesia mutari, aut cum vouente dispensari.

Qui de rebus etiam certis iurant, quando iniuratis crederetur.

Qui de industria, sine caussa legitima & necessaria, aut ex peruersa consuetudine, inclinatione, aut leuitate identidem in ore habent, per Deum, per sanctos, per crucem, & similia. Quod peccatum est valde periculosum: quia facile in periurium homo sic labitur. Hieronymus: Mentiri verò atque iurare lingua tua prorsus ignoret: tantusque in re sit veritatis amor, vt quicquid dixeris, iuratum putes. Isidorus: Non est contra Dei præceptum iurare: sed dum vsum iurandi facimus, periurij crimen incurrimus. Nunquàm ergo

Inconsiderata diuini nominis assumptio.

ergo iuret, qui peierare timet: nam quemadmodum in multiloquio non deest peccatum, sic in frequenti iureiurando non deest periuriũ. Ideo dicit Ecclesiastes: Iurationi non assuescas os tuum, multi enim casus in illa.

Qui iurant, non considerantes iurandum sit: nécne, & quid inde euenire possit, etiam sine causa rationalis & necessaria. Vnde in ira & conuiuiis, aliisque locis voluptatis, periculosum est iurare: quia ibi minus consueuit homo deliberare.

Qui irreuerenter iurant, nullam diuino nomini reuerentiam exhibentes. Iurare enim per Deum, est Deum testem inuocare. Vnde inter iurandum, nomini diuino habẽda est summa reuerentia, vtpote quum nominetur, & in testẽ adducatur Deus, omni terreno Domino magis honorandus.

Qui alios adigunt sacramento, & iurare cogunt, vbi iureiurando opus non est.

TER-

TERTIVM PRAECEPTVM.

Memento, vt diem sabbati sanctifices.

HOc est, sanctum & feriatum habeas, cessando ab omni opere seruili. Hoc præcepto præcipiebatur Iudæis in lege Mosaica viuentibus, singulari quadam veneratione die septima Sabbatum obseruare. Quia quũ sex diebus fecisset Deus cœlum & terrá, mare & omnia quæ in eis sunt: requieuit, id est, cessauit die septima. Nihil enim vlterius fecit nouum, cuius non fecisset prius similem creaturam in specie. Operatur enim quotidie, creata conseruando & gubernando. In lege autem gratiæ non sanctificamus sabbatum: sed diem sequentem, id est Dominicũ, in quo Dominus noster IESVS Christus resurrexit. Hominem enim (qui terrenus creatus erat) die resurrectionis per nouam creationem cœlestem

creauit. Igitur hoc præcepto diei Dominici nobis præcipitur sanctificatio, nec nõ aliarũ solennitatum, quas sancta mater nostra ecclesia instituit.

Ne fac opus, sacrumq; audi, tua crimina plange,
Dilige corde Deum: dignè sic festa coluntur.

Sanctificantur dies festi, quando diuino cultui applicantur, etsi iis diebus rei diuinæ vacamus, & Deum super omnia diligimus, sanctum audiendo, & à seruilibus operibus abstinendo. Malè enim celebrat sabbathum, qui ab operibus bonis vacat. Vtile quoque esset, iis diebus festis conscientiam discutere, de peccatis commissis à Deo veniam petere, reducere in memoriam beneficia sibi à deo collata, mortem, infernum, purgatorium, paradisum, IESV CHRISTI passionem sibi ob mentis oculos præponere, & eo maximè tempore à peccato se continere. Verum enim

enim sabbathū (inquit Augustinus) Christianus obseruat, abstinens se ab omni opere seruili: id est, à peccato: quoniam qui facit peccatum, seruus est peccati.

Contra hoc præceptum sic peccatur.

Quicquam operor vetitū, fieri quod debet omitto.

Et sacra non veneror, festumq; impertio ludis.

Peccant contra hoc præceptum.

Qui festis diebus faciunt opus seruile solis seruis proprium: vt arare, fodere, & similia: pietatis tamen, aut necessitatis, aut prauitatis ratione aliqua permittuntur: vt ciborum decoctio, medicinæ præparatio, mortuorum sepultura, emptio aut venditio rei modicæ, modicum temporis in id occupando: quibus in veteri Lege die sabbathi interdicebatur, quia pridie sabbathi præueniri solebant. Opus seruile.

Opera enim suo genere libera, cuiusmodi sunt artium liberalium exercitia, disserere, studere, pulsare instrumenta musica, etiam festis diebus permissa sunt. Nec non opera liberis & seruis communia: cuiusmodi sunt, peregrè proficisci, curam sui agere, & similia.

Qui seruis, & subditis suis opera seruilia operari præcipiunt.

Omissio cultus diuini.

Qui diebus festis rem sacram non audiunt.

Qui in festo Paschæ non confitentur, aut sacrosanctam Eucharistiam non recipiunt: quæ etiam contra præcepta Ecclesiæ dici possunt.

Qui diuinum officium nō dicūt, ad quod tamen tenentur.

Irreuerentia sacrorum.

Qui sacrificium irreuerenter audiunt, confabulantes aut aliud inhonestum agentes, aut sine sufficienti reuerentia se exhibent in sacramento Eucharistiæ.

Qui locum sacrum, id est, cœmiterium

rium aut templum violant, & polluunt, ibidem exercendo vetita, aut ibi furando & rapiendo.

Qui ludēdo, iocādo, otioſe huc & illuc vagando, ſpectaculis intendēdo, vanè, inhoneſtè & profuſè diem feſtum conſumunt: quo tempore rei diuinæ deberent vacare. Ludi.

Qui diebus feſtis cauponas, ſphæriſteria, aut alia turpiora loca impudenter frequentant.

QVARTVM PRAECEPTUM.

Honora patrem tuum, & matrē tuā. vt ſis longæuus ſuper terram.

HOc præcepto præcipitur nobis reuerentia, obedientia, & ſubuentio parentum. Reuerentia quidem: eos amando, eis bona operando, pro eis orādo: & ſedulo cauendo, ne dicto aut facto eos offendamus: eis aſſurgendo, & honorem exhibendo.

Obedientia autem: eis morem gerendo in omnibus, quæ ad bonos

mores pertinent, & ad vtilitatem rei familiaris: exemplo domini nostri Iesu Christi totius virtutis exemplaris, qui Mariæ matri & Ioseph ꝓpter Mariã se semper morigerum prꝑstitit.

Subuentio verò ꝰ eos consolando, & necessaria eis ministrando.

Quòd si fecerimus, præmium promittitur nobis, longitudo vitæ naturalis, si nobis prodest ad salutem, & ad commodum maius. Quia diu bene beateq; viuere, dei est magnum beneficium: sicut è contrario diu in peccatis viuere, magnum damnum est: quia diu in peccatis viuentes peius damnantur.

Promittitur prꝑterea longitudo vitꝑ gratiæ in præsenti vita, quæ naturali vita maior est: & lõgitudo vitæ gloriꝑ in futuro seculo, quꝑ est maxima.

Pater autẽ, qui hoc præcepto honorari præcipitur, est multiplex.

Pater cœlestis, animæ & corporis author.

Pater

Pater carnalis, vt vterque parens, patria, consanguinei, & affines.

Pater spiritualis: vt summus pontifex, episcopus, curio, confessarius noster, & presbyteri.

Pater potestatis & curæ: vt rex, princeps, Dominus temporalis, tutor, denique omnis superior.

Christus, vterque parens, prælatus, rexq; patres sunt.

Quos venerare, quibus morem gere quosq; iuuato.

Contra hoc præceptum sic peccatur.

Non veneror, non morigeror, nó adiuuo patrem.

Peccant contra hoc præceptum.

Irreuerentia.

Qui parétes nó honorát, eis assurgendo, aut caput aperiendo corá eis.

Qui parentes & cósanguineos debiles aut pauperes negligũt, & irridet.

Qui duris verbis parentibus suis bilem mouent. Hieron. Nemo parentem asperis lædat verbis.

Qui parentum mortem optant ex eorum odio, vel honoris & hæreditatis appetitu.

Qui prælatis, principibus, & Dominis temporalibus, breuiterq́; omnibus in dignitate constitutis debitum honorem, reuerentiam, & subiectionem, verbo & opere non exhibent.

Qui iis detrahunt, eorumq́; famam denigrant: quod plerunq; fit in spectaculis & ludis publicis.

Inobedientia. Qui parentibus suis non obediũt, in iis quæ pertinent ad bonos mores. Alioqui enim parentibus irreuerentiam non exhiberent, si eos à præceptis vel consiliis diuinis auocare vellent. Velut si filium diuini amoris spiritu tractum, ab ingressu religionis vellent deterrere. Hieronymus: Licet in limine pater iaceat, per calcatum perge pudentem: siccis oculis ad vexillum cruris euola: solum pietatis genus est, in hac esse crudelem.

Qui

Qui parentibus non obediunt in communibus mandatis, & iis quæ pertinent ad vtilitatem rei familiaris. Filius enim quoad domesticam gubernationem & morum institutioné, subiicitur patri.

Qui prælatorum & dominorum temporalium præcepta contemnunt, in iis in quibus obedire tenentur.

Qui iis sunt rebelles.

Qui parentibus pauperibus & egenis necessaria pro viribus non ministrant. Chrysostomus: Docet nos Christus vsque ad vltimam respirationem parentum diligentiam habere: quia enim aliis mulieribus astantibus nihil dixit, docet nos plus aliquid impendere parentibus. Ingratitudo.

Qui eos consolari negligunt.

Qui parétibus defunctis, per suffragia & orationes non subueniunt.

Qui prelatis, curionibus, & dominis temporalibus, decimas & debita stipendia subtrahunt.

Violentas manus in parentes immittere, quanuis ad sequens præceptum pertineat: tamen per hoc præceptum est circunstantia aggrauans.

Peccant etiã cõtra hoc preceptũ patres & oẽs superiores, qui subditis suis iubent ea quæ nõ debeant cõpleri.

Qui sibi commissis exempla bene viuendi exterius non præbent, &c. Apostolus enim qui præcepit, Filij obedite parentibus per omnia: hoc enim placitũ est in Domino, mox subiunxit: Patres nolite ad indignationem prouocare filios vestros. Sed quia hæc ad pueros (quibus hæc potissimum scribimus) nihil pertinent: ideo paucis meminisse sufficiat.

Obiter admonendũ duximus, pleroſq; parẽtes adeò miserè liberos suos amare, vt pro iis ditandis & locupletandis, æternã sibi acquirant damnationem, & iisdem liberis plerunq; eiusdem æternæ damnationis sint authores. Qui parentes corpus quidem

filio-

filiorum suorũ amant, animã autẽ contemnũt: desiderant em illos valere in seculo isto, & nó curãt quid sint passuri in illo. Alij patres militias filiis p uident, alij honores, & nemo filiis suis prouidet Deũ: perditionẽ illorum magno pretio cóparant, salutẽ aút illorũ ne dono quidẽ accipere volunt. Si viderint illos pauperes, tristãtur & suspirant: si autẽ viderint illos peccãtes nemo tristatur, vt ostendant, qp corporum parẽtes sunt, nó animarũ.

QVINTVM PRAECEPTVM.

Non occides.

HOc præcepto homicidium nominatim vetatur: implicitè autem omne nocumentum, quo animæ aut corpori proximi nocere possumus: vt sunt omnis percussio etiam citra mortem & sanguinis effusionẽ, maleuolentia, odium, ira, & similia.

Hoc autem præcepto non omnis occisio vetatur: sed tantum iniusta hominum occisio, iniustumq; hominũ nocu-

nocumentum. Potest enim respublica, siue iudex reipublicæ vicarius, in sontes animaduertere, & vita aut mẽbro viuo priuare. Pater etiam in liberos, & præceptor in discipulos potestatem quidem habent, sed eam imperfectam: nempe duntaxat infligendi leuiores pœnas, & quæ non inferunt irrecuperabile nocumentum.

Contra hoc præceptum sic peccatur.

Occido, mutilo, cupio male, non iuuo egenum.

Iratum mihi non placo, me sponte periclis.

Patrandi scelus expono, seduco sodales.

Scandala do cuiquam, peccantem nõ reprehendo.

Peccant contra hoc præceptum

Qui sibiipsis vim afferũt, & mortis causſas accersunt. Occiditur enim homo contra charitatem sui ipsius, & contra

contra iustitiam: cum nullus sit iudex suiipsius, nec proprię vitę Dominus: nullusq; præterquam Deus & Respublica, habeat potestatem priuandi aliquem vita, aut membro viuo.

Qui volunt alterum iniustè occidere.

Qui alterum occidunt compulsi necessitate, euitabili tamen: vt qui occidunt suos aggressores, cum fugiendo, aut aliorum auxilium implorando, ex eorum manibus euadere possent.

Qui procurant abortum.

Qui sibi abbreuiant vitam, & accelerant mortem, dando operam rei inutili & illicitæ: vt fieri solet per nimiam crapulam, & venerem immoderatam.

Qui iubét alterum iniustè occidi.

Qui suadent, & consilium dant ad iniustam hominis occisionem, aut alio quouis modo alienæ mortis sunt authores. Digni enim sunt morte,

non

non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.

Mutilatio. Qui membro aliquo se trũcant: nisi ex necessitate sanitatis, abscissionem membri exposcentis, id fiat.

Qui alterum iniustè verberant, vulnerant, aut alio quouis modo lædunt.

Qui iubent, suadent, vel auxilium dant, vt iniusta læsio proximo inferatur.

Maleuolentia. Qui ex odio proximi eidem mortem, mutilationé, aut æternam damnationem desiderant. Quod genus hominũ dignũ se efficit, vt mala quæ aliis optat, Deus ipsi infligat.

Qui gaudent audita aliena calamitate, aut audita felicitate dolent.

Qui alteri ex odio malè consulunt.

Omissio subuentionis. Qui orant Deum, vt inimicos possint vlcisci.

Qui negligunt pro viribus à morte liberare hominem, quem nouerunt posi-

positum in extrema necessitate & periculo vitæ: vt,

Qui non pascunt fame morientẽ. Ambrosius: Pasce fame morientem: quia si non pascis, occidis.

Qui non adcurrunt ad auxilium proximi inuasi, dum id commodè facere possunt.

Qui scientes cõspirationes in alienã mortem aut læsionem, tamen reuelando aut coniuratos retrahendo, non prouident, aut prohibent pro viribus, ne talis iniuria proximo inferatur.

Qui ab eo veniam petere dedignantur, quem læserunt, dum locus est reconciliandæ amicitiæ eius, quem vident nimia ira, aut affectione odij in se commotũ: quia si alteri iniuriam fecerunt, & ei iniustè caussa & occasio odij fuerunt, proximo ab ipsis læso pro illata iniuria satisfacere debẽt, veniam supplíciter petendo, aut coram ipso sese humiliando, aut charitatis obsequia ipsi præstando.

Omissio reconciliationis fraternæ.

Qui

Qui poscentibus veniam, parcere recusant.

Qui malum pro malo reddunt, quod longe alienum est à præcepto Christi: Orate pro calumniantibus & persequentibus vos: quibus de rebus plerunque oriuntur rixæ, contumeliæ, & homicidia: ideo ea reduximus ad hoc præceptum.

Huc reduci possunt homicidia spiritualia: veluti,

Vtroneũ peccandi periculũ.

Qui faciunt contra conscientiam, & quod peccatum putant, aut opus dubium an sit peccatũ, nécne. In quo ipso volũtas exorbitat à recta ratione & diuino amore: ipsa enim mauult opus illud cum dubio incurrendi trasgressionem diuini præcepti, quàm abstinere ab opere illo cum certitudine nõ errandi: ac per hoc anima sumpsius est homicida, & ad gehennã ædificat.

Qui eunt ad locum, siue societatem, vbi sciunt esse periculum peccandi propter, aspectum, suasiones,

com-

commoditates, aut aliquid simile.

Qui bonę indolis iuuenes ad malum applicant, & eorum bonos mores corrumpunt: cuiusmodi homines dæmonibus verisimè assimilantur: animarum enim damnationem insidiis suis procurant, pro quarum salute Christus sanguinem suum fudit: & membra Christi, membra nituntur efficere diaboli, tanquàm ipsius Christi inimici & contrarij. Bernardus: Si Christus proprium sanguinem dedit in pretium redemptionis animarum: non tibi videtur grauiorem ab eo sustinere persecutionem, qui suggestione maligna, exemplo pernicioso, scandali occasione, auertit ab eo animas quas redemit, quàm à Iudæo, qui sanguinem illum fudit? Vicissim maximum sacrificium Deo est, zelus animarum. Maius enim (inquit Gregorius) est miraculum, prædicationis verbo atque orationis solatio peccatorem conuertere: quàm Seductio.

mortuum ſuſcitare: in iſto enim reſuſcitatur caro iterum moritura, in illo verò anima in æternum victura.

Qui volentem bene beateque viuere, aut opus bonũ facere impediũt.

Qui alios malis moribus imbuũt, aut peruerſam doctrinam docent: vt ſunt hæretici.

Qui pietati & religioni addictos, ſuis irriſionibus aut hortatibus à recta via in deteriorem tentãt auocare. Hieronymus: Quibuſdam non ſufficit quod propria nolunt lugere peccata: adhuc inſuper eos qui lugere videntur, irridẽt: & in ſubſannatione habent, quos imitari deberent.

Scandalũ. Qui verbo aut facto inordinato alium tentant ad peccandum inducere, & eſt ſpeciale peccatum.

Qui committunt peccatum, aut aliquid quod peccati ſpeciẽ habet: vnde aliis præbetur malum exemplum, & peccandi occaſio, tametſi ruinæ ſpiritualis voluntatem non habent; cùm

aut

aut præuident, aut præuidere debent, alios inde sibi sumpturos malum exemplum.

Qui proximum delinquentem nō admonent verbo, vt eum à peccato auocent. Castigatio enim ad solum prælatum, & potestate præditum pertinet: Admonitio verò, ad omnes: quando scilicet aliquis morte peccati detentus, probabiliter creditur admonitione & correctione liberādus. Quia si à peccato alioqui resurrecturus creditur, vt homo cōscientiæ suæ scrutator: aut si per admonitionē deterior euasurus creditur, tunc ad correctionem fraternam non tenemur. Omissio correctionis.

Qui potestate præditi, subditos suos punire factis, & increpare dictis negligunt. Patres enim, qui filios delinquentes non puniunt, iis peccandi denuò sunt causſa: & corporum quidem parentes sunt, sed animarum interfectores. Prouerb. 13. Qui parcit virgæ, odit filium. Et. 23.

Noli subtrahere disciplinam à puero: si enim percusseris eum virga, non morietur: tu virga percuties eum, & animam eius de inferno liberabis.

Animaduertendo in alterum sic peccari potest.

Corripio insontem, vel sontem plus minus æquo:

Pro meritis plectens stomachor, vel derogo iuri.

Animaduertentes in alterum quatuor modis peccare possunt.

Si insontem hominem quem talem nouerint, supplicio curant affligendum.

Si in hominem sontem quidem & supplicio dignum animaduertunt, sed grauius quàm pro delicto: Aut min⁹ quàm decet, ita vt nocens non pertimescat recidere in idem peccatum.

Si in hominem sontem quidem iusto supplicio, & seruato iuris ordine animaduertunt; sed non animo

iusto

iusto & beneuolo, imò appetitu vindictæ, & alieni mali: vetita enim est omnis passio rixæ, maximè animaduertendo in alterum: debent enim dolere vicem & peccatum eius in quem animaducrtũt, quod in ira fieri non potest: sed ea voluntate alterum corripere debent, qua pater filium parvulum, quem odisse non potest.

Si in hominem sontem quidem, & iusto animaduertunt supplicio, nõ tamen seruato iuris ordine: vt si puniendi legitimam non habeant potestatem, aut si indicta caussa, aut tempore, loco, modo, non debitis puniãt.

SEXTVM PRAECEPTVM.

Non mœchaberis.

HOc præcepto nominatim vetatur adulterium. Implicitè etiam omnis illicitus concubitus extra matrimonium: & omnis illicitus & inordinatus, siue etiam innaturalis vsus, vel contactus membrorum, qui fit ad

procurationem, & cauſſa experiendæ venereæ delectationis. Vbi contingit aliquando peccata fieri grauiſsima, & à quibus maximè cauẽdum eſt: propter quæ duæ vrbes Sodoma & Gomorrha cum omuibus incolis, & regione circumiacente, in abyſſum corruerunt: quibus peccatis, quia aliqui hominum inquinati erant, Ieſus Chriſtus Dei filius (ex ſententia diui Auguſtini) multo tempore diſtulit diuinitati ſuæ naturam humanam copulare, & incarnatione ſua illuſtrare: vtpote quæ tam grauiſsimis peccatis eſſet inquinata. Vnde eadem nocte, qua Chriſtus natus eſt, quotquot iis grauiſsimis peccatis per vniuerſum mundum inquinati erant, ſubitanea morte extincti ſunt: vtpote Deo ex virgine nato ea peccata vſqueadeò execrante, vt ex omnibus peccatis ea maximè in natura humana poſthac nollet inueniri, quam aſſumendo, & diuinæ ſuæ puritati vniendo, tantopere illuſtraret.

ret. Vnde vnuſquiſque debet circa iſta valde aduertere, ne committat aliquid carnale, in quo conſcientia eius remordeat, & naturaliter erubeſcat: aut recta ratio dictet ineſſe turpitudinem, quam non auderet palàm facere aut diuulgare.

De ſpeciebus & cauſsis luxurię, in peccatis capitalibus dicemus.

SEPTIMVM PRAECEPTVM.

Non furtum facies.

HOc præcepto vetatur rem alienam, aut vſum rei alienæ, vi, fraude, aut inuito domino retinere: ſic vt domino hoc cognoſcenti diſpliceret. Breuiterque quoùis modo in temporalib⁹ bonis alteri damnum inferre. Eſt enim contra charitatem proximi, cui damnum infertur. In quo peccati genere vera & ſufficiens pœnitentia haberi non poteſt, niſi adſit propoſitum reſtituendi ablatum pro viribus.

Contra hoc præceptum
sic peccatur.

Fœnero, vi rapio, furor, rebus fero damnum:

Inuentum non restituo, cum fraude paciscor.

Peccant contra hoc præceptum

Vsura. Qui alteri pecuniam mutuant: & ratione mutui exigunt lucrum temporale in pecunia, aut alia re quæ potest pecunia æstimari. Augustinus: O homo quid fœneraris homini? fœnerare Deo vsuras, scilicet ei in pauperibus suis subueniendo: & centuplum accipies: & vitam æternam possidebis. Et idcirco nimis es ingratus, qui ad tales vsuras non vis commodare Deo, & ad quales mutuares Iudæo vel Saraceno.

Qui mutuant quidem absque lucri conuentione: sed tamen ea spe, vt ex mutuo aliquod lucrum tanquã vi mutui debitum, recipiant: & sine qua spe

proxi-

proximo suo non mutuarent. Obiter admonẽdum duximus, vsurarios teneri ad restitutionem vsuræ & damni per vsuras proximo illati. Mutuũ autem ad vsuram accipere, ex se rationẽ peccati non habet, nisi absque rationabili causſa quis subeat hoc dãmnũ, & alterius vtatur iniquitate.

Qui iniustè rem alienam auferunt violenter. Augustinus: Si in ignem mittitur, qui non dedit rem propriã: vbi putas mittendus erit, qui inuasit alienam? si cum diabolo ardet qui nudum non vestiuit, vbi putas arsurus est qui expoliauit? quid recipiet qui aliena tulit, si semper ardebit qui sua non dedit? Gregorius: Hinc ergo colligendum est, quanta damnatione plectendi sunt, qui rapiunt aliena: si tanta animaduersione feriuntur, qui sua indiscretè tenuerunt. Perpendat, quo eos obliget reatu res rapta, si tali subiicit pœnæ non tradita. Perpendant, quid merebitur iniustitia illata, si tan- Rapina.

ta percussione digna est pietas non impensa.

Qui retinent mercedem aliis debitam, seu pecuniam quam debent.

Qui noua vectigalia non pro reipublicæ vtilitate, sed pro bono alicuius peculiari imponunt: aut vt imponantur, consulunt.

Furtum. Qui rem alienam alteri iniustè auferunt eo ignorante & inuito, sic vt ei id cognoscenti displiceret.

Qui pecunias à parentibus ad necessaria emenda datas sumptuosè & in rebus vanis consumunt.

Qui monetam adulterinam, & res malas pro bonis ex industria aliis dant: tametsi ab aliis ad eos sic peruenerunt. Si enim ab aliis decepti sunt, non protinus alios decipere debent.

Damnũ. Qui aut occultè, aut manifestè rem alienam destruunt, & corrumpunt, tametsi de ea re nihil apud eos manet.

Qui

Qui huiuſmodi damnum iniuſtè illatum, non reſarciunt pro viribus.

Qui aliis operam ſuam locantes, fideliter nõ operantur: tenentut enim tales ad damni reſtitutionem, breuiterque alij omnes, qui alio quouis modo iniuſtè alteri damnum inferunt,

Qui rem alienam inuentam, quæ non habetur pro derelicta, accipiunt animo retinendi pro ſe, & tanquàm ſuam dẽtinent. Auguſtinus: Quod inueniſti, & non reddidiſti, rapuiſti. Si enim dominus ſcitur, aut adhibita diligentia inuenitur, ei debet reddi: ſi autem dominus non inuenitur, quia forſitan viatori cecidit, pauperibus debet erogari. Inuẽti retentio.

Qui vendunt aut emunt cum fraude, aut circa pretium, aut circa rem, aut circa pondus, aut circa numerum, aut circa menſuram. Cõtract9 doloſus.

Qui cum aliis faciunt contractus illicitos & in damnum proximi vergentes:

gentes: quos qui faciunt optimè norunt, & ideo non sunt eorum admonendi.

De restitutione.

Fur actórve mali, sortem damnumque refundat,
Iussio, consilium, cósensus, laus que, recursus,
Participans, mutus, non obstans, non manifestans.

Ad restitutionem tenentur

Actor. Qui iniustam actionem per se exercet: siue hoc faciat sua sponte, siue ex præcepto sui Domini, cum sciat iniustitiam: siue pro lucro proprio, siue pro alieno.

Iussio. Qui iniustam actionem fieri præcipit, & qui habet rationem principalis causæ mouentis suo imperio ad patrandum actionem iniustam.

Consiliũ. Qui dat consilium efficax ad perpetrandam actionem iniustam: & causa est directè mouens suo consilio ad illam, vel sine quo non fuisset patrata

illa

illa actio iniusta.

Qui suo consensu tota caussa, aut cum aliis caussa est iniustę actionis, ex cuius consensu tota res pendet. Cósensus

Qui iniustam laudat actionem, & speciei boni excusat, dicendo: Sic oportet domare stultos, & similia: duntaxat si ea adulatio caussa est illius actionis iniustæ. Laus.

Qui iniustè agentis acceptator est, & refugiũ. Est enim huiusmodi complexus caussa iniustæ actionis, quia præbet securitatem iniustè agendi, facitq; vt homo in actionibus iniustis perseueret: dum facit se patronũ iniquitatis, iniquo homini in sua iniquitate præstando patrocinium. Recursus.

Qui particeps est iniustæ actionis: siue vt socius, siue vt mediator, siue vt explorator, siue alio quouismodo. Participãs

Qui quum possit, & ex officio teneatur reprehendere: iniustæ actionis actorem, & ei eandem prohibendo impedire, ne damnum proximo infera- Mutus.

inferatur, tamen tacet, nec impedit iniustam illam actionem, quam potest, & ex officio tenetur impedire. Illius enim caussa est.

Non obstans. Qui quum possit, & ex officio debeat præbere auxilium impeditiuum actionis iniustę, id tamen negligit. Exempli gratia: Dominus temporalis, qui non obstat latrociniis, & aliis expilationibus, quæ fiunt in sua terra, & cuius est custos, tenetur ad restitutionem damni illati.

Non manifestans. Qui quum possit, & ex officio debeat manifestare proximo inuasorem, vel ante. vel post factum, sic vt manifestando impedire posset, ne tale damnum proximo inferretur, nihilominus non manifestat, tenetur ad restitutionem damni quod proximus patitur ex illius non manifestatione: in quantum illa non manifestatio est caussa vel iniustæ actionis, vel iniustæ detentionis rei alienæ.

OCTA-

OCTAVVM PRAEceptum.

NON LOQVARIS CONTRA proximum tuum falsum testimonium.

HOc præcepto nominatim vetatur omne mendacium perniciosum: siue dum vocaris ad testimonium ferendum, siue extra iudicium in vulgari & communi loquutione. Implicitè etiam omnia peccata ad loquutionem pertinentia quibus saltem infertur nocumentum proximo: vt sunt detractiones, calumniæ, irrisiones, & huiusmodi. Proximus autem est omni homini omnis homo: nihilque est tam proximum quàm homo & homo. Attendamus enim Adam & Heuam, iam omnes fratres sumus. Quòd si fratres sumus, secundum quòd homines sumus: quanto magis secundum quòd Christiani sumus, quibus vnus est pater Iesus Christus, & vna mater sancta Ecclesia.

Proximus quis sit.

Contra-

Contra hoc præceptum
sic peccatur.

Accuso falsè, derideo, detraho, diras Imprecor, & mecũ male iudico, concito rixas,

Assentor, simulo, mea sunt mendacia damno.

Peccant contra hoc præceptum

Calũnia. Qui mala voluntate, aut sine sufficientis causſæ apparentia, alteri falsum crimen intendunt. In quo peccato peccari potest ex parte iudicis, ex parte accusatoris, ex parte rei, ex parte causidici, ex parte cognitoris ipsius causſæ.

Qui etiam veri criminis (occulti tamen) sine sufficienti necessitate & causſa rationabili alterum palam accusant, aut reuelant, non seruato ordine diuini iuris.

Qui alterius bona opera & benefacta, conantur ostendere mala, aut fictè facta, vt eũ hypocritã ostendant, aut aliorum ipsi concilient inuidiam.

Qui

Qui in iudicio ad interrogata cũ dolo malo respondent.

Qui rei quum sint, fateri verum noluut in casu, in quo tenentur veritatem fateri.

Qui verbis aut cachinnis aut naso corrugato alios irrident, aut gestus & corporis habitus figmento illudunt: quod peccatũ tanto est grauius, quãto maior debetur reuerentia iis qui irridentur. Derisio.

Qui beneficium quod in alterum contulerunt tempore indigentiæ, eidem coram multis exprobrant, in dispendium honoris eius.

Qui animo inferendi iniuriam ali quid criminosũm, aut animæ corporisve vitium exprobrant.

Qui etiam sine animo inferendi iniuriam, ea dicunt, si proximo ea iniuria damno est.

Qui absentis famã denigrant voluntate famã lædendi: siue fiat dicẽdo verũ, siue falsum, siue asserendo, siue referẽdo, Detractio.

referendo, siue addendo, siue minuendo, siue interpretando, siue alio quouis modo: & tales tenentur ad restitutionem famę, si illa detractio importat infamiam. Auferunt enim homini famam, quod melius bonum est quàm diuitiæ multæ. Vnde Hieronymus contra detractores: Si vis me corrigere delinquentem, apertè increpa: tantum ne occultè mordeas. Quid enim mihi prodest, si aliis mala mea referas: si me nesciente, peccatis meis, imò detractionibus tuis alium vulneres, & certatim omnibus narres: si singulis loquaris, quasi nulli alteri dixeris? Hoc enim non est emendare me, sed vitio tuo satisfacere.

Qui ex loquacitate, & non animo alterius famam lædendi, aliena peccata commemorant, non tam grauiter peccant.

Qui ex voluptate, quam in audiēda proximi infamia percipiunt, delatoribus

toribus aures arrigunt. Bernardus: Porrò detrahere, an detrahẽtem audire, quid horum dãnabilius sit, nõ facile dixerim. Hieronymus: Si hilari vultu audis detrahentẽ, tu illi das fomitẽ detrahendi: si verò tristi vultu hæc audias, discit non libẽter dicere, quod didicerit non libenter audiri.

Qui non defendunt famam proximi iniustè diffamati, quando & possunt & debent, & propterea læsa est proximi fama. Homini enim Christiano parum esse debet, inimicitias aliorum non excitare, vel augere male loquendo, nisi etiam eas extinguere studeat bene loquendo.

Qui sibiipsis detrahunt, & seipsos diffamant.

Qui aut sibi aut aliis diras imprecantur. Maledictio.

Qui aliis damnum animæ corporis, famæ, aut bonorum precantur. Hæc enim charitati proximi contraria sunt.

Qui aut suæ, aut alterius natiuitatis diem maledicunt: detestando hominem natum, volentesq; aut male natum, aut non natum.

Qui verba turpia, vt nomen cacodæmonis, aut similia identidem in ore habent ex consuetudine.

Qui creaturis irrationalibus maledicunt, quia alterius res sunt: vt qui agro alicuius sterilitatem imprecantur, aut mortem eius pecudibus.

Temerarium iudicium.

Qui aliorum dicta aut facta sine causa sufficienti in peiorem partem accipiunt, & interpretantur. Bernardus: Caue alienæ conuersationis esse, aut curiosus explorator, aut temerarius iudex. Etiam si perperam actum quid deprehenderis, nec sic quidem iudices proximum, magis autem excusa. Excusa intentionem, si opus nõ potest: puta ignorantiam, puta surreptionem, puta casum. Quòd si omnem omnino dissimulationen rei certitudo recusat, suade nihilominus ipse tibi,

tibi, & dicito apud temetipsum: Vehemens fuit nimis tentatio. Quid de me illa feciſſet, ſi accepiſſet in me ſimiliter poteſtatem.

Qui ſine ſufficienti certitudine iudicant proximum de animo ſeu voluntate. Nemo enim debet diffinitiuè aſſerere etiam in corde ſuo quod neſcit, quando ſufficientibus coniecturis res non liquet. Vnde qui conſcientiæ ſuæ negligens eſt perſcrutator, alienæ ſolet eſſe curioſus explorator. De occultis enim cordis alieni temerè iudicare, peccatum eſt: etenim cuius non videntur niſi bona opera, iniquum eſt ex ſuſpicione reprehẽdere, cùm eorum, quæ homini ſunt incognita, ſolus Deus iudex ſit, qui iuſtus eſt & inſpector verus.

Qui verbis rixoſis alios ad iracun diam prouocant. Suſurratio.

Qui inter aliquos inimicitias conciliant, aut eas fouent.

hypocritæ: per ſimulationem enim homo mentitur facto, ſicut per mendacium mentitur verbo. Ambroſius: Cauete fratres mendacium: quia omnes qui amant mendacium, filij ſunt diaboli: non ſolum in falſis verbis, ſed etiam in ſimulatis operibus mendacium eſt.

Qui promiſsis non ſtant, duntaxat licitis: decipitur enim proximus, cui facta eſt promiſsio. Mendacium perniciosum.

Qui mentiuntur, vt animæ proximi nocumentum afferāt: veluti qui voluntate fallendi aſſerunt aliquid falſum, contrarium fidei catholicæ, aut ſacræ ſcripturæ, aut bonis & Chriſtianis moribus. Et hæc eſt prima ſpecies mendacij pernicioſi.

Qui mentiuntur, volentes tantum modo alteri iniuſtè nocere in corpore, in rebus, in fama: & ſic mendacium nulli prodeſt, & alteri nocet. Et hæc eſt ſecunda ſpecies.

Qui mentiuntur, volentes proxi-

mo in bonis ſuis damnum inferre, ſed ſibi aut alteri prodeſſe· vt faciunt mercatores & calumniatores. Et hæc eſt tertia ſpecies. Quæ tres ſpecies mẽ dacii pernicioſi mortales ſunt : quia os quod mentitur, occidit animam.

Summopere caũendnm eſt omne mendacium. Quamuis enim nonnunquàm ſit aliquod mendacij genus culpæ leuioris, vt ſi quis pro omnium mentiatur ſalute, tamen difficilia & laborioſa ſunt figmenta mendacij: qui autẽ verum vult dicere, non laborat: quietiores enim ſunt boni, quàm mali, & abſolutiora ſunt verba veracium, quàm commenta mendaciũm. Gregorius : Nihil eſt ad defendendum puritate tutius, nihil ad dicendum veritate facilius. Nam dum mendax falſitatem ſuam tueri cogitur, duro cor labore fatigatur. Idem : Qui amici eſſe veritatis potuerunt ſine labore, vt peccent, laborant: cumq; viuere ſimpliciter rennuunt, laboribus exi-

exigunt vt moriantur.

NONVM PRAECEPTVM.

Non concupiſces vxorem proximi tui.

SExto præcepto vetitum eſt opus carnale, & voluntas ex qua exterius oritur libidinis opus. At ne quis putaret plenum & perfectum deſiderium rei Venereæ nó eſſe peccatum, niſi in actionem exteriorem prorumpat. Idcirco hoc præcepto nominatim vetatur alienæ vxoris concupiſcentia: implicitè etiam omnia illicita deſideria carnalia. Multi enim corpore caſti ſunt, qui voluntate adulterium commiſerunt: & voluntas ſine opere peccat frequenter, quando videlicet aliunde interuenit aliquod impedimentum impediens, quo minus voluntas in actionem exteriorem prorumpat. De quibus mentis cogitatibus lex humana nó iudicat, ſed tantum de iis quæ exterius apparent,

factis scilicet & dictis. Lex autem diuina etiam de intimis cordis nostri cogitatibus. Nempè oculis Dei omnia nuda & aperta sunt, apud quem omnis plena & perfecta voluntas, siue bona, siue mala pro facto æstimatur. Augustinus: Voluntas prona faciendi, reputatur pro opere facti.

Contra hoc præcepum
sic peccatur.

Alterius violare thorum qui mente paratus:
Qui vetitos visus, tactus, & basia figit:
Qui loquitur lasciua, suasq; iis arrigit aures:
Nec carnem reprimit, sed turpia mente volutat:
Comptus & incedit turpi pellectus amore:
Quiq; modis aliis turpes molitur amores:
Is peccat, violans diuinæ dogmata legis.

Peccant

Peccant contra hoc præceptum

Qui scortandi plenam & perfectã habent voluntatem, si facultas esset, & nisi timerent inde aliquod damnum temporale incurrere.

Qui visus & attactus faciunt illicitos, aut amplexus & oscula impudica dant, aut eadem libenter recipiunt. Quia homo potius debet subire discrimen vitæ, quàm permittere in se impudicam turpitudinem impleri. Debet enim suam castitatem sicut propriam vitam defendere, vim vi repellendo.

Qui luxuriosis & impudicis cãtilenis, aut sermonibus delectãtur, quæ possunt ad libidinẽ prouocare. Vanꝰ enim sermo citò polluit mentẽ: & facile agitur, quod libenter dicitur.

Qui de rebus Venereis libenter audiunt lóqui. Hieronymus: Nũquàm verbum inhonestum audias: aut si audieris, irascaris: perditæ em̃ métes hominũ vno frequẽter, leuiq; sermone tentant

tentant clauſtra pudicitiæ.

Qui ſunt negligẽtes in reprimendis & coërcendis paſsionibus carnis.

Qui cogitationibus libidinoſis cum delectatione immorantur.

Qui ſe adornant, vt alios ad libidinem & ſui deſiderium prouocent, & vt mulierculis placeant. Breuiterq; qui alio quouis modo Venerem procurant, meditantur, & prouocant.

DECIMVM PRAECEPTVM.

Non concupiſces rem proximi tui.

SEptimo præcepto vetita eſt actio furandi, & damnum proximo in bonis ſuis inferendi: nec no• voluntas, ex qua oritur actus exterior iniuſtè ſibi vſurpandi rem proximi ſui. At ne quis exiſtimaret ſolam concupiſcentiam interiorem ſine exteriori actione non eſſe peccatum: idcirco hoc præcepto nominatim vetatur interior illa voluntatis concupiſcentia de libe-

furandi, & alienam rem ſibi
re quaq; iniuria vendicandi,
opportunitas & facultas, & ni
aret timor & verecundia. Im-
etiam vetatur inſatiabilis illa
è vel viis illicitis habendi cupi-
tanquàm os inferni omnia de-
ns, curis ſecularibus mentem iu-
inquietans, & à ſpiritualibus a-
ns, & directè charitati proximi
raria.

Contra hoc præceptum
ſic peccatur.

poſſem raperem: procuro damna
propinqui.
udo lucri cauſa: malè quærere mul
ta peropto.

Peccant contra hoc præceptum
Qui apud ſe parati ſunt dare fœ-
ori, rapere, furari, rebus alienis dam-
num inferre, inuentũ retinere, & alio
quouis pacto proximo in ipſius bo-
nis eſſe alicui damno, ſi eſſet facultas,
& ſeſe offerret occaſio, aut niſi pœnè
ſup-

Voluntas furandi.

ſupplicij, & ignominæ timor ab eo ſcelere patrando eos arceret.

Ludus. Qui illudunt ſola lucri voluntate: & vt alios exhauriant pecunia, & inde diteſcant.

Iniuſta acquiſitio. Qui bona temporalia, aut ſacerdotia eccleſiaſtica viis illicitis habere appetunt: vt per furrum, aut ſimoniam, aut alio quouis modo illicito, quamlibet bonus ſit finis. Non enim facienda ſunt mala, vt inde eueniant bona. Verus autem Chriſtianus in comparatione bonorum cœleſtium, quæ ſperat, omne aurum ſicut arenam deputat: quia ibi quiſque habet diuitias ſuas, vbi & delectationem. Grauius multo peccant, qui bona temporalia deſiderant, quo ſuis voluptatibus commodius indulgeant.

EPITOME DECEM præceptorum.

DIliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua,

x ex tota mẽte tua: hoc eſt maxi
& primũ mãdatũ: Secundũ autẽ
e eſt huic: Diliges proximum
, ſicut teipſum. In his duobus
datis vniuerſa lex pendet, & pro-
æ.

Ille Deum diligit, qui non aliud
m quod Deus amare videtur, o-
atur. Quid ſit enim Deum dilige-
domini ſaluatoris doctrina decla-
t, dicentis: Qui audit verba mea, &
cit ea, hic eſt qui diligit me. Et ali-
: Si quis diligit me, ſermones meos
eruabit: qui autem dicit, quòd dili-
it Deum, & mandata eius non cu-
todit, mendax eſt.

Ille proximum ſicut ſeipſum diligit,
qui ei nihil facit mali, q̃d ſibi fieri nol
let: & bonũ q̃d ſibi fieri vellet, vult
& proximo: & ſicut ſibi ſubueniri op
tat, ita proximo p̃ viribus ſubuenit.
Quòd ſi facultas ſubueniẽdi abſit, vo
luntas ſubueniẽdi adſit, quod & Do
minus præcepit dicens: Omnia quæ

vultis

vultis vt faciant vobis homines, ita & vos facite illis similiter. Dicitur autem: Diliges proximum tuum, sicut teipsum, id est, proximum tuum dilecturus, à teipso dilectionis originem sumes: etiam proximo misericordiam facturus, tibi prius misericordiam facies: & benè beatéq; viuendo animam tuam diliges, & eiusdem misereberis, sicut scriptum est: Miserere ânimæ tuæ placens Deo. Quòd si iniustè viuendo teipsum oderis (qui enim diligit iniquitatem, odit animam suam) & tibiipsi impius sis, quomodo erga alios pius esse poteris? Qui tibi nequam es, cui bonus eris? Dicturus mihi es: Diligo proximum sicut meipsum. Audio planè, audio: inebriari vis cum illo, quem diligis sicut teipsum: & illum ad te trahis, & ad quod amas vocas: & si tu ipse sic te diligis, vt perdas, te sic profectò perditurus es & eũ, quẽ diligis sicut te. Aut prius tuam ipsius

animam

animam syncero amore dilige, eiusq̃; miserearis: aut alterius respue societatem, vt solus pereas.

Proximus autem, qui hoc præcepto diligi prȩcipitur, est omnis homo: quod ipse Saluator. Matthæi. 5. præcepit, dicens: Audistis quia dictũ est, scilicet antiquis: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, benefacite iis qui oderunt vos: & orate pro persequentibus & calumniantibus vos. &c. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nónne & publicani hoc faciunt? Cui igitur ô Christiane poteris esse malus, qui inimicis tuis præciperis esse bonus? Sed tu forsitan & proximum odis, cui ne extraneum quidem odisse conceditur: & fratrem persequeris, cui præcipitur benefacere inimico: & Christianum te esse credis, qui nec Noui, nec Veteris Testamenti præ-

Proximus quis sit.

cepta custodis.

Dilige corde Deum toto super omnia: post quem

Dilige vicinum: sicut te diligis ipsum

Quicquid latet, & quicquid patet in diuinis sermonibus, & in tota sacra scriptura, dilectio ipsa comprehendit: quia scriptum est, Plenitudo legis est dilectio. Nam tota lex, imo tota scriptura, aut præcipit, aut consulit ea, quæ faciunt ad Dei & proximi dilectionem: sicut patet in præceptis & consiliis affirmatiuis: aut vetat & dissuadet illa, quæ impediunt & dirimunt dilectionem, sicut patet in præceptis & consiliis negatiuis.

Si enim Deum, vt debes, dilexeris, hunc adorabis corde & cogitatione, per fidem, spem, & charitatem summam. Et tanto honoris loco apud te eius sacratissimum nomen erit, vt illud in vanum iurare non audeas: & diebus festis ei soli seruies, & de acceptis beneficiis eidem gratulaberis.

Si

i proximum tuum dilexeris, si-
eipsum, erga eum talis eris, qua-
erga te velles ipsum esse. Si pater
mater est, eum perinde honorabis
ie honorari velles à tuis liberis. Si
s quisquam est, eum, vxorem, &
na eius nullo damno afficies tuo
ere: non etiam tua locutione, quia
ò contra eum non mentieris: non
æterea tua cogitatione, quia eius
orem non concupisces, nec eius bo
iniustè appetes. Vnde sunt qui as-
rant Decem præcepta legis in mon-
Sinai Moysi data, sic in duabus ta-
ulis lapideis digito Dei exarata &
igesta fuisse, vt Prima tabula conti-
neret tria prima præcepta ad Deum
pertinentia. Secunda autem tabula
contineret septem vltima
præcepta ad proxi-
mum perti-
nentia.

PRAECEPTA DE PRAECEPTIS Ecclesiæ.

PRæcepta Ecclesiæ sunt multa: inter quæ sunt quinque principalia, quibus omnes orthodoxi obnoxij sunt, alioqui peccant.

Festa colas, præsens sacro, ieiunia serues.

Annua sit saltem scelerum confessio, Paschæ

Tempore, quo sumes Christi venerabile corpus.

Primum præceptum est de obseruatione feriarum indictarum. Sicut enim in Veteri Testamento non solum præcipiebatur Sabbathi obseruantia, sed etiam aliarum solennitatum: haud secus in nouo Testamento non solum diei Dominici præcipitur sanctificatio, sed etiam aliarum solennitatum. Quis sanctificabimus, si iis, quæ in tertio præcepto Decalogi diximus, obseruatis, ea crediderimus, quę eo tempore in Ecclesia celebrantur,

maximè si ad fidei articulos spe-
nt: vt,

In festo Trinitatis debemus cre-
e quòd Deus est vnus in substan-
& trinus in personis inter se per
nia æqualibus.

In festo Natiuitatis, quòd Iesus
hristus Dei filius ex Maria virgine
tus est.

In passione, quòd pro nobis pas-
us, mortuus, & sepultus est.

In festo Ascensionis, quòd ad cœ
os ascendit.

In festo Pentecostes, quòd Spiri-
tum sanctum discipulis suis misit.

In festo Corporis Christi, quòd
Iesus Christus Dei patris & hominis
matris vnigenitus filius, verissimè
continetur in Eucharistia.

In festo Omnium Sanctorum,
quòd animæ eorum qui in hac vita
bene vixerunt, nunc cum Christo læ
tantur in cœlis.

In festo mortuorũ, quòd est Pur-

Festorum dies qui celebrãdi sint, quid ve in illis credendũ.

gatorium, post quod animæ ad vitam glorioſam reſurgent, reſumpturæ in die nouiſsimo corp⁹ glorioſum. Quæ omnia in templis illis diebus prædicari ſolent. Etiam in feſtis Sanctorum debemus ad eos præces fundere.

Secundum præceptum eſt: vt diebus feſtis ſacrificio integro interſimus corpore & mente, hoc animo vacandi Deo tempore ſacrificij.

Tertium præceptum eſt: Obſeruantia ieiunij quadrageſimalis, Quatuor temporum: &, ſi quando eccleſia præcipit, peruigilij feſtorum: exceptis iis, quos eccleſia non vult obligare. Ex quorum numero ſunt pueri: qui licet non obligentur, totam quadrageſimam ieiunare, debent tamen ſibi aliquot dies deligere, in quibus ieiunent.

Quartum præceptum eſt: vt dum eos annos attigerimus in quibus peccare poſſumus, ſaltem ſemel in anno tempore Paſchæ ſacerdoti confiteamur

mur de peccatis mortalibus, & de quibus dubitatur sint ne venialia an mortalia. At quoniam nullum est tam paruum peccatum, quod non crescat neglectũ, & qui minima spernit, paulatim decidet: Idcirco cum mortalibus satius esset etiam de grauioribus venialibus confiteri, & quæ conscientiam magis remordent.

Eodem præcepto obligamur ad sacramentum, confessionis, quoties aliàs venerabile sacramentum Eucharistiæ suscipere volumus, si modò nobis sumus conscij peccati mortalis. Obligamur præterea in mortis articulo confiteri de peccato mortali, de quo anteà confessi non fuerimus. Debemus enim pro viribus nos ad misericordiam præparare, quando imminet nobis iudicium damnationis aut misericordiæ. Sed quia periculosum est confessionem diu differre, propter obliuionem multorum peccatorum, peccandi consuetudinem,

& mortis incertitudinem. Ideo consultius esset sæpe confiteri: quia ex frequenti confessione, homo auocatur à multis peccatis, fitque timidior ad Dei offensionem. Non statim post peccatum commissum iniungit nobis sancta ecclesia sacerdoti de peccato confiteri: tamen optimus quisque Christianus, & qui Deum timere volet, confugiat ad contritionem & interiorem cordis pœnitentiam, cum primum agnoscit peccatum suum, cũ voluntate confitendi tempore & loco. Peccatum enim quod per pœnitentiam non deletur, mox suo pondere ad aliud trahit peccatum, & lumen rationis excæcat.

Quintum præceptum obligat nos ad sacram communionem semel in anno, idque tempore Paschæ: sicut quarto præcepto obligamur ad confessionem. Et licet tantummodo ex præcepto sit, sacrosanctam Eucharistiam tempore Paschæ sumere: con-

uenit tamen etiam festis solennioribus eam suscipere: cùm bona pars laicorum, & ferè omnes honestioris status homines soleant illis diebus sacro sanctæ communionis esse participes. Cautè aduertendum est, eodem anno quo pueri ad confessionem inducuntur, non protinus esse ad susceptionem tanti sacramenti inducēdos. Annus enim idoneus ad exhibēdum pueris venerabile hoc sacramentum, est vndecimus aut duodecimus annus, duntaxat si puer pietatis & religionis indolem præ se ferat, sciatq; discernere panē materialem à sacramentali, & cibum corporalem à spirituali. Quoniam inter omnia, quæ Deus hoc in mūdo benignissimè nobis largitus, venerabile hoc sacramentum est maximum & præcipuum donum. Idcirco non debemus committere, vt indignè id sumamus quod sit in pœnam sempiternam indignè manducantibus. Bene enim esse non potest,

malè accipientibus quod bonum est, dum eo abutuntur ad sui perditionem, quod datum est ad salutem. Iis verò qui id dignè sumunt: fit in remissionem peccatorum & vitam æternam, quod & veritas de se testatur, dicens: Qui manducat me, ipse viuet propter me. De quo sacramento nõnulla obiter dicere operępretium duximus.

DE VENERABILI Sacramento Eucharistiæ.

DOminus Deus noster IESVS CHRISTVS Dei patris filius, quemadmodum quæcunque voluit fecit, dixitque fiat lux, & facta est lux: fiat firmamentum, & factum est: cuius verbo cœlum, terra aqua, ignis, aër, & omnis ornatus eorum perfecta sunt, genusque humanum creatum est, sic non minore virtute solo verbo panem efficit corpus suum, & vinum sanguinem suum, quod in suam com

memo-

memorationem à sacerdotibus simi-
liter fieri præcepit: ad quorum vo-
cem in hora expressionis verborum
CHRISTI, cœli aperiuntur: & in
illo IESV CHRISTI mysterio
adest angelorum frequentia & san-
ctorum præsentia: terrena cœlestibus
iunguntur, & panis materialis atque
visibilis aduenienti viuifico & cœle-
sti angelorum pani, velut vero crea-
tori suo honorem deferens, locum
suum (id est visibilem speciem acci-
dentium) pro ministerio & sacramen
tali seruitio relinquit. Quod omni-
potenti præcepto CHRISTI do-
nec ad iudicium veniat, à sacerdoti-
bus efficietur. Perinde atque dixit in
principio: Producat terra herbam vi-
rentem: & ad hæc vsque tempora
ipsa eius adiuta & vigorata præcepto,
producit herbam virentem Et quo-
niam mos est hominibus panem man
ducare & vinum bibere: ex ipsis
in suam diuinitatem transmutauit,
vt

vt puritas ſpiritualis refectionis eſu-rientis animæ, ſub duabus tantum ſpe cicbus panis & vini contineretur: quorum vſus humano corpori habe-tur principalior, communior, mun-dior, & minus faſtidioſus. Fecitq; ex aſſuetis naturæ, & iis quæ ſunt ſecun-dum naturam, corpus ſuum & ſan-guinem ſuum, modo ſupernaturali: ſic vt ſub vtraque ſpecie panis & vini quatuor miraculoſe contineantur.

Primum. Puriſsima illa Chriſti caro & ſa-crum corpus, quod ſumpſit ex Maria virgine, ex eius puriſsimo ſanguine à Spiritu ſancto formatum: quod pro nobis in cruce appenſum eſt, poſitum in ſepulchro, & glorificatum in cœ-lo. Viuum quidē ibi eſt corpus: quia Chriſtus reſurgens à mortuis, iā non moritur, mors ei vltra non domina-bitur.

Secundū. Quia caro non viuit ſine ſangui-ne: ideo neceſſario eſt ibi ſanguis pre-tioſus, qui feliciter manauit in paſ-

ſione

sione pro mundi salute.

Quia verus homo non est absque anima rationali: propterea ibi est anima Christi glorioſa, quam Deus patet infudit corpori in vterum virginis Mariæ: in qua anima repoſiti ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei. Tertiũ.

Quia Chriſtus, qui eſt verus homo, etiam eſt verus Deus: ideo ibi eſt glorioſa illa diuinitas in maieſtate ſua. Quartũ.

Hæc quatuor ſimul, & horum ſingula ſub ſpeciebus panis & vini perfectè continentur tota: non minus in calice, quàm in hoſtia: nec minus in hoſtia, quàm in calice: quia quanuis vi verborum ſacramentalium ſub ſpecie panis ſit tantummodo caro, ſub ſpecie vini ſit tantũmodo ſanguis, tamen per concomitantiam (vt iam dictũ eſt) ſub vtraq; ſpecie quatuor veriſsimè continentur: caro Chriſti viua, precioſus ſanguis, omniſcia & perfectiſsima aia, & diuinitas ineffabilis.

Sum-

Eucharistiæ sacramentũ rationibus humanis non scrutandum.

Summopere nobis est cauendum, ne argumentis naturalibus & rationibus humanis innitentes, ipsius sacramenti rationem curiosè scrutemur: quia Deus qui supra naturam est, & apud quem omnis mundana sapientia stultitia est, naturæ legibus nõ constringitur: sed debemus subiicere, & humiliter sub iugo orthodoxæ fidei captiuare mentes nostras.

Quid enim dubitationis de hoc sacramento nobis possit remanere? quod à Christo videmus tam expresse traditum, à sanctis apostolis prædicatum, in veteri lege tot mysteriis præfiguratum: nouissimè autem, & in hac vltima mundi ætate tot miraculis, quasi palpabilibus testimoniis confirmatum: denique ad nostram vtilitatem sub velamento traditum.

Quatuor de caussis voluit Christus se nobis dare velatum.

Pro-

Propter fidei meritum. Quia si corporaliter & visibiliter Deum videremus, certe vel coactè eum adoraremus: nec tantum mereremur, quantum nunc: dum supra omnem naturalem rationem credimus, Christum totum sub specie panis contineri, & totum sub specie vini. Fides enim est earum rerum, quæ apparere non possunt. Quæ enim apparent, fidem non habent, sed agnitionem. Nec fides habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum. Prima.

Propter vitandum horrorem.

Quomodo enim fieri posset, vt Dei & hominis viui carnem crudam: & sanguinem in propria forma sua comedere & bibere possemus: certe naturæ nostræ infirmitas ab eo abhorreret. Secunda.

Propter humani visus imbecillitatem non debuit corpus CHRISTI glorioſum sub forma glorioſa & splen- Tertia.

& splendida carnalibus oculis nostris apparere, qui infinitam Christi claritatem sustinere non possent: ad cuius comparationem solis claritas tenebræ sunt.

Quarta. Propter indignitatem nostram, qui in hac exilij valle nondum promeruimus eum videre glorioſum: sed id reseruatur nobis in cœlo, vbi eum facie ad faciem videbimus sicuti est.

Iam quid superesse possit dubitationis: quum planè videamus, ad salutis nostræ necessitatem id sacramentum nobis ex diuina clementia concessum? quia nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in nobis. Quæ (vt visum est) in sua propria forma manducare & bibere non possumus: ideo necesse fuit ea velari, vt sumere possemus. Christus itaque imbecillitati nostræ consulens, vt nobis comestibilem cibum præberet, sub speciebus panis &

vini ea velauit. Quia sicut olim diuinitas in vtero virginali latuit, & filius dei sub humanæ carnis velamine visibilis mundo apparuit: sic & glorificata humanitas diuinitati coniuncta, sub forma panis & vini latet, vt nobis mortalibus competere posset.

Itaque de certissimis huius sacramenti mysteriis nullum in nobis dubitationis locum relinquentes, Dei nostri magnam ac multo maximam erga nos beneficentiam paulò altius contemplemus. Quæ magna fuit in eo, quòd nos nobis dedit: & quum perieramus, nos nobis reddidit. Maior, quòd per assumptam carnis humanæ substantiam inter homines visibiliter conuersatus est, factus sicut vnus ex illis, & tandem pro nobis omnibus se totum obtulit in oblationem & hostiam Deo patri. Maxima, quòd multò mirabilius & fructuosius in hoc sacramento præsentiam suam nobis visibiliter exhibet,

quàm dum inter homines ageret: & seruis suis se non solum reliquit palpandum & deosculandum, sed etiam manducandum. O res mirabilis, manducat Dominum seruus pauper & humilis. Corporaliter quidem quotidie potest facile manducari, sed spiritualiter multo facilius & sæpius: quoties venerabilis huius sacramenti credis mysteria, toties spiritualiter communicas, & corpus CHRISTI manducas. Augustinus: Crede, & manducasti. O quàm dulce illi cælesti conuiuio frequenter accumbere, in quo non alius cibus manducandus proponitur, quàm viuificus ille angelorum panis, id est IESVS CHRISTS: in quem prospicientes angeli mirantur, & deficiunt: fruuntur, nec fastidiunt, quo frui magis sitiunt. Valeant igitur qui dicũt mihi quotidiæ: Vbi est Deus tuus? Credo vtique Domine (qui sub sacramento regeris) quòd os filis

es filius dei viui, qui in hunc mundum veniſti.

O felices Chriſtianos, iterumque iterumque beatos, bona ſi ſua norint, ſi Dei ſui profuſam beneficēti am aguouerint, qui ſacratiſsimo ſuo corpore nos viliſsimos homuncionēs dignatur, pignore & arrabōe beatitudinis æternæ: vbi eundem reuelata facie videbimus, quem nunc in ſacramento ſub ſpeciebus panis & vini aſſumimus: vbi lætius & ſecurius eo fruemur, quem nunc fructuoſius & mirabilius in Euchariſtia ſumimus.

Debet igitur optimus quiſque Chriſtianus, dum videt inter manus ſacerdotis deum viuentem, precari veniam peccatorum ab eodem præſente in ſacramento, perinde atque præſens fuit Mariæ Magdalenæ, & latroni in cruce pendenti, peccatorum ſuorum veniam poſcentibus.

Bona quæ proueniunt ex ſumptio-

ne Eucharistiæ.
Hominis cũ Christo incorporatio.
Angelorum conuiuatio.
Mentis refectio.
Mentis illuminatio.
Peccatorum remissio.
Virtutum corroboratio.
Fomitis mitigatio.
Spei eleuatio. Fidei certitudo.
Deuotionis augmentatio.
Charitatis excitatio.
Contra diabolum armatio.

Idoneus est tantum ad dignè sumendã Euchristiam

- Homo.
- Viator.
- Christianus.
- Mente prædituus.
- Adultus.
- Ieiunus.
- Peccati mortalis nõ conscius.
- Qui est sine periculo vomitus.
- Qui toto corde fertur in Deum.

A Egro-

A Egrotis tamen etiam non ieiunis dari potest, quibus timetur ne sine viatico vita excedant. Obligatur enim omnis Christianus (si modò fieri possit) in mortis articulo communicare.

METHODI CONFESSIONIS, DE peccatis capitalibus & eorum remediis.

TERTIA PARS.

De septem peccatis capitalibus in generali.

Eptem sunt species peccatorũ, quæ dicuntur capitalia, quòd sint capita, radices, initia, & prima fomenta omniũ peccatorũ, quæ plerunq; ab hominibus solẽt fieri. Quæ sunt septem numero compræhensa hac dictione saligia. s, superbia. a, auaritia. l, luxuria. i, inuidia. g, gula.

gula, i, ira. a, acedia.
Fastus, auaritia, & luxus, liuor, gula, bilis,
Segnities: hæc sunt capitalia crimina septem.

Hęc septem peccata per septem virtutes contrarias vitantur.

Superbia	Vitatur	Humilitate.
Auaritia		Liberalitate.
Luxuria		Castitate.
Inuidia		Charitate.
Gula		Abstinentia.
Ira		Patientia.
Acedia		Deuotione.

Sis humilis, largus, castus, syncerus amator.
Sobrius, & patiens, & strenuus ad tibi iussa.
Sic bene vitabis capitalia crimina septem.

Methodus detestandi omne peccatum in generali.

COnsidera ô homo quanta tua sit dignitas, à quanto artifice crea-

creatus sis, in quàm excellenti statu ab eo constitutus, quàm immenso pretio redemptus, & ad quantam felicitatem vocatus sis. Tua gratia mirabilem hanc mundi machinam condidit Deus, te ad imaginem & similitudinem suam creauit, te salutari baptismatis vnda abluit, te non auro, non argento, sed pretiosissimo suo sanguine redemit, vt te angelorum conciuem efficiat: te sibi in filium adoptauit naturalis filij futurum cohæredem. Itáne oblitus originis tuæ, oblitus tantorum beneficiorum, propter tantillam momentaneæ, falsæ & venenatæ voluptatis delectatiunculam, à tanta dignitate in tantum te coniicies indignitatem, vt qui prius eras dignus cœlo & gratiis spiritualibus, post peccatum non sis dignus pane quo vesceris? Itáne à tam nobili, à tam amante, à tam bene de te merito parente, ad eius inimicum, imò tibi hostem in-

festiſsimum ingratus & ſalutis tuæ inconſideratus deficies? Itáne turpiſsimo, crudeliſsimo, & nequiſsimo domino te vltrò mancipabis? Itáne ex filio dei te filium & ſeruum conſtitues diaboli, quin etiam ipſius ſeruum (& quod peſsimum eſt) tot dominorum, quot peccatorum? Peccando enim, Deum tuũ tibi facis inimicum, & diabolum tibi conſtituis dominum. Alterius in te beneficia, alterius maleficia conſidera. Ille te qua bonitate condidit? Qua miſericordia redemit? Qua liberalitate locupletauit? Qua lenitate quotidie ſuſtinet delinquentem, donec conuertaris ab iniquitate tua? Qua lætitia recipit te ad ſe reuertentem? Contra hæc omnia diabolus quanta inuidia iam olim inſidiatur ſaluti tuæ? In quæ te coniecit pericula? Atque adeò quid molitur quotidie, niſi vt teipſum ſecum in æternum trahat exitium.

Con-

Considera q̃p post commissum peccatum mortale, tu ita es in dominio & potestate diaboli, vt te statim iure suo sibi possit vendicare, & secum ad æterna (vt dignus es) rapere supplicia, nisi domini Dei nostri te ad pœnitentiam expectantis summa misericordia, & angeli custodis tui sedula custodia, diabolum impediret, ne suo iure in te ageret.

Considera quòd vera animæ vita est deus, inter quos solum separat peccatum. Et ipsa anima se sua priuat anima, & inter se & Deum ponit obicem dum peccatum admittit. Et veluti corpus sine anima est mortuum: sic ipsa sine deo (qui est vita eius) planè est mortua in semetipsa. Nempe tot peccatorum pestibus infectam viuere, viuere non est: sed vitam confundere, & vsque ad mortis portas magis magisq; appropinquare: vtpote cui melius esset omnino non viuere, quàm sic viuere: & me-

tius non nasci, quàm sic per peccatum quotidie mori Ad hoc priuat se omni bono, id est, deo, qui est omne bonum : summe bonum, & sine quo nihil est bonum. Vnde ipso summo bono priuata, summam incurrit miseriam.

Considera quòd peccatum ipsi animę onus est adeò graue, vt nec cœlum, nec etiam tandem ipsa terra illud possit sustinere. Vnde (quæ eius est grauitas) in abyssum descendens, authorem suum (id est, peccatorem) in barathri infernalis profundissima secum præcipitabit.

Considera quòd deus qui peccatũ non fecit, vsqueadeò exhorret peccatum, vt nec in cœlo nec in terra tam charum habeat amicum, quem si vllo mortali peccato inquinatum offenderit, non exhorreat: idq; adeò vt ipsum vas peccati (id est, peccatorem) à se in gehennam ignis perpetuò ablget : tam & si ante peccatum eius amore

more tantum flagrauerat, vt nemo amatoré carnaliũ in amorẽ ſponſę ſuę adeò poſſit exardeſcere. Vtpote quę non auro, non argento, ſed pretioſiſſimo ſuo ſanguine redemerat, pro quo tot & tanta paſſus fuerat. Veluti beneuola mater ſi puerulum ſuum, quem materno amore cõplectitur, in fornacem ardentem nunquam inde liberandum proiiciat: nónne magnum quid, & matri valde exoſum fuerit neceſſe eſt, propter quod in dilectum filiolum id auſa ſit deſignare?

Conſidera quòd peccatum dei noſtri inimico, nobisq; hoſti infeſtiſsimo diabolo, adeò placet, vt à ſex millibus annorum & eo amplius, in perpetrandis peccatis, & alliciẽdis ad ea hominibus, indefeſſè peruigilauerit tanquam leo rugiens quærendo quæ hominum peccata deuoret. Quibus nunquam ſatiari potuit, tametſi innumera hominum peccata deglutiuit.

Non

Non enim à nobis exigit temporalia, sed tantum animas nostras cum illo rege Sodomorum, dicens: Da mihi animas, cætera tolle tibi. Cùm nunc peccatum deo nostro ita exosum esse intelligas, & eius inimico adeò gratum: itáne deo tuo auersus, inimicum eius (quid eius inquam) imò hostem tuum infestissimum tuo magno malo in tantum coniicies gaudium? Nec potius tibi beneuolos angelos dei, quibus gaudium est super vno peccatore pœnitentiam agente, lætificabis?

Considera quanta Dominus Deus noster pertulerit, vt te (qui pro peccatis tuis in æternā damnationē haud dubiè ruebas) peccatorū omnium sordibus expurgatum, ad cœlestem patriam reduceret. Quòd cùm ita sit, vt eius doloribus sis sanatus, eius passione ab æterna pœna liberatus, & eius morte de morte æterna resuscitatus: committendum tibi non est, vt per pecca-

peccatum passionis eius fructu vltro te priues, & in idem æternæ damnationis barathrum te vltro conicias, ex quo tantis suis doloribus te benignissimè exemit.

Considera quòd peccatum facit hominem etiã in præsenti vita miserrimum (de futura enim dubium est nemini) quia spoliat eum omnibus bonis & meritis, quę in hac vita fecit: omnibus quoque virtutibus & gratiis, quas ipsi prius dederat. Si enim aliquis feciſſet tot bona opera, quod fieri possunt: & haberet tot virtutes, quot haberi possunt: illa omnia per vnum peccatũ mortale perderet, sic vt pro iis omnibus nullum vnquàm esset habiturus præmium in cœlo. Sicut Salomon testatur, dicens: Qui in vno offenderit, multa bona perdet. His amplius tantisper dum homo est in peccato mortali, nil boni operis potest operari, quod sibi meritorium sit ad vitam æternam.

Con-

Considera quòd quandiu homo est in peccato mortali, tanquam ecclesiæ membrum putridum & mortuum, est exors & expers multorum bonorum, quæ fiunt & facta sunt in vniuersali ecclesia: quorum fiunt participes omnes boni Christiani, qui à peccato mortali immunes sunt. O quàm miserum est priuari tot suffragiis quæ fiunt in Ecclesia dei.

Considera quàm sit periculosum, in peccati puteum tete coniicere, vnde per teipsum exire non possis. In ipsum lubricus & facilis est descensus: sed reuocare gradum, superasq; euadere ad auras, hoc opus, hic labor est: pauci, quos Christus amauit, hoc potuere. Qui enim scis, an miserebitur tui dominus: & in die iræ suæ iniquitatis tuæ non recordabitur? Qui scis, an dabit tibi tempus pœnitendi? Daturus sit sanè tibi Deus agendæ pœnitentiæ tempus, debésne spe futuræ confessionis

peccare?

peccare? Quòd enim dicis: peccabo, & postea confitebor· perinde est ac si diceres· Meipsum vulnerabo, & postea vulneri meo medebor.

Considera quanto consultius est, te omnino peccatum non admittere, quod tanto animi dolore, tantis laboribus, plurimis lachrymis est expiandum: si fortè contigerit (vt necesse est) te singulari dei fauore respicere.

Considera virtutis & peccati quàm dispar sit exitus, quàm inæquale præmium. Quid enim inæqualius, quàm vita æterna & mors æterna? Quàm sine fine summo frui bona, in beatissimo illo angelorum & sanctorum concilio, & sine fine summis excruciari malis, in miserrimo dæmonum & damnatorum consortio? Esto sanè futuri seculi nullam duxeris rationem: in hac etiam vita virtutis & peccati inæquale est præmium. Habet enim virtus sibi adue-

adnexam mentis bene conſciæ tranquillam ſecuritatem, & dulcedinis diuinæ quandam prælibationem, & tenuem deguſtationem: quam qui ſemel deguſtauerit, nihil tam mellitum, nihil tam delicatum, nihil tàm amœnum mundus hic poſsidet, quod non vilipendat, & velut ſtercus reputet. Vicisſim præterquàm quod peccatum mille alia mala conſequuntur: etiam miſerrimus ille animi ſibi malè conſcij cruciatus, animam quocunque ierit, infectatur: & dum conſcientiæ vermis non moritur, iam ex hac vita inferos ſuos ipſa patitur.

Conſidera quàm breuis ſit præſentis vitæ morula, quàm fugax, quàm tranſitoria, quàm expoſita latentibus mortis inſidiis & cùm vel de momento vitæ tuæ ſecurus non ſis, quàm ingens eſt tibi periculum in eo eſſe ſtatu, in quo ſi te mors ſubitanea (vt ſæpe accidit) deprehenderit, in æternũ periiſti. Vicisſim quàm

tibi

tibi facile eſt, tam paruo temporis mo
mẽto ſuper tua cuſtodia ſtare, & cum
Chriſto præſentis vitæ hora vigila-
re. Tibi nec opinanti mors laborum
tuorum terminus obrepet: quo tem-
pore de leui & tranſitorio labore, in
ſummam æternamque requiem mi-
grabis.

Si durum tibi videtur pro Chri-
ſto vitæ tuæ tempore à vanis abſti-
nere voluptatibus: conſidera quos
cruciatus ille tui charitate tolerauerit,
quãtum ſacratiſsimi ſui ſanguinis pro
te effuderit, quàm acerbam, quàm i-
nominioſam mortem pro te pertu-
lerit. Et tu horum omnium imme-
mor, rurſum filium Dei crucifigis:
cum peccata tua iteras, quæ dominũ
Deum noſtrum ad tam diros adegere
cruciatus. Pro quibus licet nullam
poſſis parem referre gratiam: tamen
nullam repoſcit aliam, quàm vt pro-
pter ſe ſaluti tuæ conſulas, à mortali-
bus peccatis abſtineas, & ad ſui amo-

rem animum tuum conuertas.

Quisquis es qui peccata mo
sæpe committis: sed quia horr
tibi non videntur, vt plæraque
ideò ab iis te continere negligis,
sidera quòd nonnunquàm deteriu
minori culpa quàm in maiori p
peccari. Maior enim culpa quò
agnoscitur, eò celerius emend
minor verò dum quasi nulla cr
tur, eò peius quò & securius in
retinetur. Vnde fit plerunque vt
assueta malis minus grauibus, ne
uiora quidem perhorrescat, atqu
quandam authoritatem nequitiæ,
culpas nutrita perueniat: & tanto
gis in grauioribus contemnat p
mescere, quanto magis in minus
uibus didicit non timendo peccar

Quisquis es, qui venialia negli
quasi leuia, eadem sæpius iteras, c
sidera quòd sicut altos gurgites
minum paruæ sed innumeræ repl
guttæ: ita parua peccata multipli

fi

fiunt magna, & constantiam charitatis in Deum plerunque sensim destruunt.

Methodus vitandi peccatum in generali.

PAupertas efficacissimum est remedium contra omnia vitia. Paupertas enim subtrahit homini ad omne peccatum illectamenta, id est diuitias: per quas homo acquirit facultatem perpetrandi quodcunque peccatum, & adipiscendi desiderium cuiuscunque peccati: & per quas ad habenda quæcunque temporalia bona homo potest adiuuari.

Despectio hominum, scilicet vt vitupereris, contemnaris, vilipendaris, & in nullo singulariter honoreris: donec elationis timor in te penitus comprimatur, & sic humiliatus humilitatem discas.

Status aliquis vitæ, in quo bona opera facere cogaris, quæ alioqui

non faceres : peccata dimittere
libenter admitteres. Denique v
ignoſcatur tibi, quin potius aſpe
prehendatis & puniaris, donec
tas propriæ voluntatis plenè i
formam certitudinis reflectatu

Fuga peruerſæ ſocietatis, qu
inquit Chryſoſtomus) quotie
nus malo coniungitur, non ex
malus melioratur: ſed ex malo
contaminatur. Gregorius: N
rum dum incautè amicitiis iung
culpis ligamur: ab eo enim qui
mè rectus eſt, eo ipſo iam diſc
quo peruerſorum amicitiis vi
ſtra concordat. Vnde præſtat
rum pati odium, quàm ipſoru
bere conſortium.

Elongatio à loco, hominibu
aliis ad peccandum illectame
Quia veluti quo ab aduerſis qu
gius fuerit, eo minus ſentit ad
ſic minus voluptatibus ſtimu
qui non eſt vbi frequentia eſt

pt

ptatum: & minus auaritiæ moleſtias patitur, qui diuitias non videt. Itaque quantum poterimus, à lubrico recedamus, qui ne in ſicco quidem ſatis firmiter ſtamus.

Frequens & deuota oratio, quæ mentem ſupra ſe ad Deum eleuet, & ab ipſo impetret curationem languorum & vitiorum, necnon ſanitatem virtutum. Iſidorus: Hoc eſt remedium eius, qui vitiorum æſtuat tentamentis, vt quoties quolibet tangitur vitio, toties ad orationem ſe conuertat: quia frequens oratio vitiorum expugnationem extinguit.

Tribulatio & aduerſitas. Gregorius: Qui deſiderat plenè vitia vincere, ſtudeat humiliter purgationis ſuæ flagella tolerare. Quòd ſi primo eſt moleſta ad ſuſtinendum aduerſitas, aſsiduitate tamen fit in dies tolerabilior: donec iam non curetur, vel etiam diligatur, propter profectum ſanitatis quæ inde ſentitur prouenire.

Crebra meditatio paſsionis minicæ, retributionis bonor cœlo, ſupplicij malorum in in mortis ineuitabilis ſui iudicij cularis in morte, iudicij gener ſeculi conſummatione, vbi de verbo otioſo reddenda erit rati omnibus enim operibus tuis m rare nouiſsima tua, & in æte non peccabis.

De omnibus virtutibus in generali.

SVmma ope, ſtudio & diligen extirpandis peccatis adhibita minor adhibenda eſt ad acq tionem virtutum ipſis peccatis trariarum. Nolo enim putes in conſtare iuſtitiam, vt malum no cias: quum & bonum non fa malum ſit. In vtroque legis præ catio continetur. Quoniam qui cepit, Recede à malo: mox ſubi

xit, Et fac bonum. Si à malo receſſeris, & bonum non feceris, tranſgreſſor es legis. Quæ non tantum in malorum operum abominatione, ſed etiam in bonorum operum perfectione completur. At quoniam nemo repente fit ſummus, ſed procedēte tempore: idcirco paulatim orbis ille, concentusque virtutum omnium acquirendus eſt. Quandoquidem abſoluta & perfecta virtus, vti corpus vnum ex his membris & virtutibus eſt compoſita: quæ inter ſe coniunctionem quandam & communionem habent, & in Dei conſpectu vicaria ope ſe ſubleuant; nec veræ virtutes ſunt, ſi à ſe inuicem aliqua diuerſitate diſcordant. Vna enim virtus ſine altera, aut omnino nulla eſt, aut certè minima. Nec mens humana poteſt habere regnum virtutum, niſi prius excuſſerit iugum vitiorum: quia omnis virtus patitur detrimentum ab

vno vitio. Si enim aut humilitatem castitas deserat, aut castitatem humilitas derelinquat, quum Deus detestetur tam superbiam, quàm immunditiam: quo modo oculis eius accepta erit castitas elata, vel humilitas immunda? Non enim bona accepta sunt Deo, quæ malorum admissione maculantur: & qui in vno deliquit, factus est omnium reus, quia modicum fermentum totam massam corrumpit. Exempli gratia: sunt nonnulli qui castè viuunt, sed ab opere bono torpent: alij multa bona faciunt, sed castè non viuunt. Castitas autem nec magna est sine bono opere, nec bonum opus sine castitate: alij castè viuunt, sed gulæ indulgent: alij econuerso: alij castitate & abstinentia prediti sunt, sed per superbiam intumescunt: alij sobrij, casti, & humiles sunt, sed opera misericordiæ exequi negligunt. Itaque arbor spiritualis quæ rectè fructifera esse volet, fructus (id est opera

virtu-

virtutum omnium) proferre debet.

DE SVPERBIA.

SVperbia est appetitus inordinatus propriæ excellentiæ, quo quis contemnit Deum, aut suum superiorem, nolendo obedire aut subesse eis, & eorum præceptis.

Hæc non ab re inter peccata capitalia primas sibi vendicat: quia in primis mentem à Deo auocat: fuitque primum peccatũ, tam in cœlo quàm in terra: estque peccatorum omnium radix & initium, omniumque peccatorum periculosissimum est, quia à plurimis hominibus & summis plerunque sumitur. Exoritur enim sæpius ex ópere iustitiæ & virtutis, sumitque ex ipsis bonis operibus occasionem. Augustinus: Cætera vitia in malefactis valent: sola superbia etiá in recte factis est cauenda. Idem: Vitia quippe cætera in peccatis, superbia verò etiam in rectè factis timenda est, ne quæ laudabiliter facta

sunt, ipsius laudis cupiditate amittantur. Idem: Alia quæcunque iniquitas in malis operibus exercetur, vt fiant: superbia verò etiam bonis operibus insidiatur, ne fiant. Ea sæpius causa est vanæ seu inanis gloriæ.

Superbia in animo suo inordinatè propriam excellentiam appetit.

Vana seu inanis gloria, eius excellentiæ manifestationem.

Mente sub occulta cupit excellere superbus:
Excellens cunctis vult gloria vana videri.

Peccant per superbiam & inanem gloriam.

Prima species superbiæ. Qui bonum quod sibi inest ab alio, à semetipsis se habere existimant. Hieronymus: Hæc est prima ratio viuendi, vt cui se debeat anima non ignoret.

Secunda. Qui bonum quod ab alio gratis habent, fatentur quidem se ab alio & non à semetipsis habere: sed putant id sibi

sibi esse debitum proprio valore, & vi propriorum meritorum.

Qui ex appetitu propriæ excellentiæ mouentur ad attribuendum sibi bonum quod non habent, aut maius quàm habent. Tertia.

Qui despectis aliis, solos se putant habere aliquod bonum. Quarta.

Hæ quatuor species superbiæ etiã ad inanem gloriam reducuntur, si earum aperitur manifestatio. Vana gloria.

Qui de bonis quæ non habent, aut de bonis transitoriis & temporalibus gloriam supra modum appetunt:

Qui de peccato gloriantur, lætanturque cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis: vt quòd hũc vel illum diffamauerint aut læserint. Quod peccati genus est valde periculosum. Malum enim est, peccati nunquam meminisse: Prius meminisse & non dolere: Pessimum, meminisse & de eo lætari & gloriari.

Qui

Qui gloria humana tantum a
ciuntur, vt illam præferant obſer
tioni præceptorum: vt ſunt qui
amorem gloriæ conſequendæ vel
morem gloriæ perdendæ, peccatu
mortale deſignant.

Qui finem vltimum in gloria hu
mana conſtituunt, æternæ gloriæ a
more poſtpoſito.

Superbiæ & inanis gloriæ
nouem ſunt filię.

Se faciens magni, cerebroſus, hypo-
crita, iactans.

Ingratus, ſpernens alios, parere recu-
ſans,

Ambitione tumens, quem curia for-
mat in oſus:

Ille quidem merito cenſebitur eſſe
ſuperbus.

Peccant ex ſuperbia & in-
ani gloria.

Præſum-
ptio.

Qui temerariè actu interiore vel
exteriore, aggrediũtur opus quod eſt
ſupra ſuam facultatem aut dignitatẽ.

Qui

Qui fastuose & amore propriæ gloriæ existimãt se meliores, doctiores, aut alia in re præstantiores, & bonis temporalibus digniores aliis.

Qui nolunt ea ab aliis reprehendi, quæ perperàm aut dixerunt aut fecerunt.

Qui opinionem suam quasi mordicus tenentes, sapientiorum opinioni nolunt acquiescere: qui nisi meliores se cæteris existimarẽt, nequaquam cunctorum consilia suæ deliberationi postponerent. Pertinaciã

Qui ab incepto opere malo desistere nolunt, quantumcunque prudentiores dissuadeant: cauere enim debent ne dum rectis aliorum suasionibus foris superari despiciunt, intus à superbia captiui teneantur.

Qui se perperam feciſſe nunquam volunt confiteri: sed suam culpam aut excusant, aut leuem esse contendunt: aut eandem in Deum, aut in alium quempiam retorquent.

Qui

Hypocrysis. Qui quum mali sint, & adhuc esse proponant: tamen signis & verbis se bonos simulant. Et hæc est perfecta hypocrisis, excludens à regno cœlorum. Nempe bene loqui & male viuere, nihil aliud est quàm se sua voce damnare.

Qui in confessione, peccatum aut peccati speciem, aut circunstãtias necessarias, mundano pudore dissimulant: quæ confessio inutilis est, imò nouum crimen affert.

Qui aliis præsentib⁹ sese accusant, vt religiosi videantur & humiles.

Qui aliqua bona opera faciunt, vt inde mundanam gloriam & laudem assequantur, aut vt aliis appareãt meliores.

Iactantia. Qui verbo plus de se quàm sit aut appareat, dicunt sese extollendo.

Qui propter bona temporalia quę possident, aut sacerdotia opima, aut pretiosa vestimenta: aut propter dotes corporis, nempe pulchritudinem, forti-

fortitudinem, valetudinem ſecundam, & ſimilia: aut propter dotes animi, nempe ſcientiam, ingenij acumen, memoriæ tenacitatem, ſapientiam Dei cognitionem, & ſimilia, incedunt turgidi & ſuperbi.

Qui ſua bona opera recenſent propter inanem gloriā potius, quàm vt inde alij exemplum ſumant. Hieronymus: Si humanam laudē quærimus, diuinam amittimus.

Qui diuitias ſuas prędicant oſtentationis cauſſa.

Qui ſuperbiunt magiſtratus aut dignitatis titulo.

Qui pro acceptis beneficiis, Deo aut alij cuiuis benefactori gratiam non referunt opere, dum tempus aut locus eſt: aut gratiam animo non habent, agnoſcendo acceptum ab eo beneficium, & inde affectum beneuolum habendo: aut non agunt gratias verbo, dum tempus & res expoſtulat. Ingratitudo.

Qui

Qui dedignantur Deo agere gratias, quòd ab eo sint creati homines, idq; Christiani & multis bonis quũ temporalibus tum spiritualibus ab eo affecti sint. Nihil enim, inquit Bernardus, ita displicet Deo, præsertim in filiis gratiæ, in hominibus conuersionis, quemadmodum ingratitudo. Vias enim obstruit gratiæ: & vbi tuerit illa, iam gratia accessum non inuenit, locum non habet. Nónne enim iure perditum reputatur, quod ingrato donatum est? Nonne pœnitet dedisse, quod periisse videtur? Oportet proinde gratiosum esse hominem & deuotum, qui percepta gratiæ munera manere sibi desiderat: quia fidelis in modico, censetur dignus munere ampliori.

Qui à prandio aut cœna, Deo agere gratias contemnunt, qui eos pauit.

Qui præ se alios omnes habent despectui.

Qui

Qui alios contemnunt, quod sint pauperes, valetudinarij, peccatores, aut ignorantes. Contemptus aliorium.

Qui nolunt subiici quibus oportet subiici: vt Deo, parentibus, præceptoribus, & aliis dominis suis.

Qui ex voluntate non obediendi, transgridiuntur Dei aut superiorem præcepta. Innobedientia.

Qui Dei aut superiorum præcepta transgrediuntur: non quidem voluntate non obediendi, sed alia quauis voluntate, quæ inobedientia in omni peccato inuenitur.

Qui inordinatè honores, dignitates, & præfecturas appetunt, vt præsint, nó vt prosint. Nemo quippe amplius in ecclesia nocet, vt inquit Gregorius, q̃ qui peruerse agens, nomẽ vel ordinem sanctitatis habet. Delinquentem nanq; hunc nemo redarguere præsumit: & in exemplum culpa vehementer extenditur, quãdo pro reuerentia ordinis peccator honoratur. Ambitio.

Curiosus. Qui vestimenta pretiosa & statum suum excedentia, aut eorum nimiam superfluitatem appetũt, aut eorum nimiam gerunt curam.

Qui ex animi elatione immoderatum habent appetitum cognoscendi, siue per intellectum, siue per sensum, res vanas: & quæ animæ saluti plus obesse possunt, q̃ prodesse: cuiusmodi fuerunt quidam ex veteribus philosophis, qui meras nugas excogitauerunt.

Qui ratione vanitatis, philosopho rum & poëtarum libris nimium sunt intenti, scripturis sacris & sanctorum eloquiis ea ratione postpositis, & parui habitis.

Qui sacram scripturam non secun dum expositionem sanctorum matris Ecclesiæ doctorum, sed secundum secularem sapientiam, & proprij sensus vanitatem interpretantur.

Qui plus volunt sapere, q̃ oportet.

Qui ea in disquisitionem & cõtro-

uersi-

uersiam adducunt, de quibus omnino dubitandum non est.

Causſæ ſuberbiæ.

Census, nobilitas, vox, fama, scientia, virtus,
Robur, honor, ſpecies, ſucceſſus, victus, amictus,
Recta valetudo, pietas, & mentis acumen:
Hæc plerunque ſolent hominem præstare ſuperbum.

METHODVS DETEGENDI SVPERBIAM.

CONſydera ô homo, qualis fuiſti in tua natiuitate, qualis es ī prę ſenti tẽpore, & qualis futurus es in morte. Fuiſti ſperma fœtidum, nunc es ſaccus ſtercorum, eris eſca vermium. Si diligenter conſyderes, quid per os & nares cæteróſque corporis meatus egreditur, tuo ipſius corpore vilius ſterquilinium non vidiſti.

Vnde ſuperbit homo, cuiuis conceptio culpa.

Naſci pœna, labor vita, neceſſe mori?

Poſt hominem vermis, poſt vermem fœtor & horror:

Sic in non hominem vertitur omnis homo.

Bernardus: Cõſidera ô homo vnde venis, & erubeſce: vbi es, & ingemiſce: quò vadis, & contremiſce. Quid igitur ſuperbis, terra & cinis? Quum ſuperbientibus angelis Deus non pepercit: putaſne impunè ſuperbire, putredo & vermis? Nihil illi fecerunt, nihil operati ſunt, tantum cogitauerunt ſuperbiam, & in momẽto, in nictu oculi irreparabiliter ceciderunt, & è celo prçcipitati ſunt. Initium omnis peccati ſuperbia: quæ tam velociter ipſum quoq; ſyderibus clarius micantem, æterna caligine obtenebrauit Luciferum: quæ non modo angelum, ſed angelorum primum

in dia-

in diabolum commutauit. Si sic actum est cũ angelis, quid de te erit terra & cinere? Illi in cœlo superbierunt, tu verò in sterquilinio: quis non tolerabilorum in diuite superbiam, quàm in paupere ducat? Si tam durè in beatos illos angelos animaduersum est, quoniã elatũ fuerat cor eorum: quàm grauia de te exigentur supplicia & misero & superbo? Certus esto, eum qui superbis non pepercit angelis, superbis quoque hominibus non parciturum. Non est contrarius sibiipsi, non est personarum acceptator: similia sunt iudicia eius: sola ei placet siue in angelo, siue in homini humilitas.

Considera singularẽ domini Dei tui Iesu Christi humlitatem, qui pro te exinaniuit semetipsum, factus obediens patri vsq; ad mortem, eamq; ignominiosissimã nempe Crucis. Augustinus: Remedium elationis, est cõtuitus Dominicę Crucis. Et quantũ-

cunque te humiliaueris, (inquit Bernardus Christo humilior non eris: qui non venit ministrari, sed ministrare: voluitq; in terra esse nouissimus virorum, qui in cœlis est gloria beatorum & dominus Angelorum. De quo Lucas: Et erat (inquit) subditus illis: quis? quibus? Nimirum Deus hominibus, magister discipulis, Dei patris sapientia fabro & fœminæ. Deus (inquam) Deo patri coaltissimus, cui angeli subditi sunt, cui principatus & potestates obediunt, subditus erat Mariæ: nec tantum Mariæ, sed etiam Ioseph propter Mariam. Quòd Deus fœminæ obtemperat, ô humilitas absque exemplo. Disce igitur ô homo obedire, disce terra subdi, disce puluis obtemperare: disce humilitatem ô Christiane à Christo domino & deo tuo, qui mitis est & humilis corde, qui pro te vsque ad terram, imò vsque ad infernum descendit. Erubesce superbire

perbire viliſsima creatura, cuius glorioſiſsimus creator adeò humilis fuit. Deus è cœlo vſque ad terras deſcendit ſe humilians: tú ne ex ſterquilinio ſupra Deum tuum aſcendes ſuperbiens? Deus humilis eſt, ſuperbus ne eris vilis homuncio? Caput humile, membrum ne erit ſuperbum? Deus ſe humiliat, & tu te exaltas? Deus ſe hominibus ſubdit: & tu dominari geſtiens hominibus, tuo te præponis authori? Quoties enim hominibus præeſſe deſideras, toties Deum tuum præire contendis. Si hominis (ô homo) imitari dedignaris exemplum: certe non erit tibi indignum ſequi Deum creatorem tuum: qui non ſolum ea ratione in carne apparuit vt nos per paſſionem ſuam redimeret, verumetiam vt nos per conuerſationem doceret. Exemplum ſequentibus ſe præbens, rex fieri noluit, oblatam culminis gloriam fugit, præcepitque

discipulis suis, vt nemini dice
quòd ipse esset Iesus Christus
us Dei viui: & tandem pœnam
brosæ mortis appetiuit, vt mer
eius discerent fauores mundi fug
terrores minime timere, pro veri
aduersa diligere, & prosperа form
do declinare, Quid enim in causâ
it, aut quæ fuit necessitas, vt exinan
ret se, humiliaret se, abbreuiaret se
minus maiestatis: nisi vt nos Chri
stiani similiter faceremus? Omnis e
nim Christi actio, nostra fuit instru
ctio. Augustinus: Christianus no-
minis Christi similitudinem tenet,
morum quoque similitudinem habe-
re debet: ideo Christianus nemo re-
ctè dicitur, nisi qui Christi moribus
coæquatur. Idem: Christiani nomen
ille frustrà sortitur, qui Christum mi
nime imitatur: quid enim prodest vo
cari quod non es, & nomen tibi vsur
pare alienum? Sed si Christianum te
esse delectat, quæ Christi sunt gere,
& me-

& meritò tibi Christiani nomen assume. At fortasse non esse, sed vocari desideras : hoc satis miserum & fœdum est, te velle vocari quod non es.

Considera quòd Maria & omnes sancti & sanctæ potissimum Deo placuerunt humilitate : suntq; à terra in cœlum exaltati, quia seipsos humiliauerunt. Sicut vicissim dæmones, qui se axaltare voluerunt, è cœlo in infernum vsque & terræ viscera deturbati sunt. Augustinus : Humilitas homines sanctis angelis similes facit, superbia verò ex angelis dæmones fecit. Bernardus: Superbia de superis ac cœlestibus ad ima præcipitat, humilitas ab imis ad alta eleuat: angelus in cœlo ad tartara corruit, homo in mundo ad cœlum ascendit. Augustinus: Diabolus superbus hominem superbientē perduxit ad mortem, Christus humilis hominem obedientem reduxit ad vitam: quia sicut

ille elatus deiecit consentientem, sic iste humilitatus surrexit & erexit credentem.

Considera nihil tibi esse quōd Deo non acceperis: si autem accepisti, quare gloriaris: præsertim defluxis & caducis, quæ facile perdi possunt? Pro quibus tanto maiores gratiæ Deo agendæ sunt, quanto excellentoria dona ab eo acceperis: sin secus, multo amplius damnaberis.

Considera quòd de temporalibus bonis fluxis & caducis non e tibi occasio superbiendi: vtpote qu à Deo tibi data sunt, aut vt ad melio rem vitam te prouocent: & dum Deo multorum bonorum promisso re aliquid præsens accipis, ad æte na & inuisibilia speranda prouoc ris. Aut quæ tibi data sunt in cum lum damnationis æternæ, vt tu m lus cum sis, & in vita tua bona re pias: dum per ea ad Deum non co uertetis, ob eadem amplius damne

Co

Considera quòd forsitan tu damnaberis, ille autem quem despicis, & cuius respectu superbis, saluabitur: & quòd forsitan habet aliquam virtutem occultam, qua tu cares, cuius causa est te dignior & Deo charior. Parumper expecta, & veniet mors: quæ illum tibi efficiet parem, quæ illum tibi æquabit. Omnes enim impares nascuntur, naturalium quidem conditione: omnes autem pares moriuntur, mortis quidem necessitate: præterquàm quòd post mortem de pluribus rationem reddent, qui in præsenti vita maiores fuerint, & plura bona temporalia receperint.

Chrisostomus: Intuere nunc sepulchra superborum: & vide si est aliquid in eis iactantiæ suæ vestigium, si aliqua diuitiarũ vel luxurię signa cognoueris. Require nũc vbi vestes & ornamenta peregrina, vbi spectaculorum voluptas, vbi assectarum turbæ.

turbæ. Conuiuiorum cesſit opu
tia, riſus, iocus, & immoderata a
effrenata lætitia, quò abiit? quò
ſit? Vbi illa nunc & vbi ipſi? (
finis vtrorumq;? Intuere diligen
& accede propius ad ſinguloru
pulchra: vide cineres ſolos, & f
das carnes, vermiumq; reliquias
recordare hunc eſſe corporum
etiam ſi in deliciis & lætitia, etiam
ne labore & continentia tranſeg
vitam. Atque vtinam res omnis
mnisq; cauſa noſtra vſque ad ci
veniret & vermes: parua vide
tur hæc damna, & quæ facile ex
ſare poſsit naturæ conditio. Nun
tem conuerte oculos tuos ab his
neribus & ſepulchris, & reuoca
gitationem tuam ad illud diuini
dicij tribunal horrendum, vbi fl
& ſtridor dentium, vbi tenebræ e
riores, vbi vermis ille conſcientiæ
nunquàm moritur, & ignis qui nu
quàm extinguitur.

Aug

Augustinus: diuitiis, floribus, & maiorum nobilitate te iactas, & exultas de patria; & pulchritudine corporis, & honoribus qui tibi ab hominibus deferuntur. Respice teipsum quòd mortalis es, & quòd terra es, & in terram ibis. Circunspice eos, qui ante te similibus splendoribus fulsere. Vbi sunt qui ambibant ciuium potentatus? Vbi insuperabiles imperatores? Vbi qui conuentus disponebant & festa? Vbi equorum splendidi inuectores? Vbi exercituum duces? Vbi satrapæ tyrannici? Nunc omnia puluis, nunc omnia fauillæ: nunc in paucis versibus eorum vitæ memoria est. Respice sepulchra: & vide quis seruus, quis dominus, quis pauper, quis, diues. Discerne (si potes) vinctū à rege, fortem à debili, pulchrum, à deformi. Memor sis itaque ne extollaris: aliquando: memor autem eris, si teipsum respexeris.

Considera nunc quàm friuola, quàm

quàm caduca, quàm vna, qu
ctilis sit gloria mundana: qui
ter volat, leuiter penetrat, leuit
terit: nec tamen leue infligit v
sed citò interficit, & ex tempor
ria in æternam commutatur c
sionem.

Quisquis es qui honorum c
tate tantopore ardes, considera
mum à quibus hi honores tibi
runtur. Nempe aut metu, ab i
te metuunt, & vicissim eo ipso n
ne tibi sunt metuendi, & ab il
tibi cauendum. Aut spe alicuius
litatis, quam ex te consequi spe
& sic te derident: nõ enim hono
los tibi ex animo deferunt. Aut
rantia: & quoniam ipsis nullum
nesti & inhonesti discrimen, id
mirantur res nihili, & nullo ho
dignas: & sic es miserandus po
quàm mirandus. Secundo cons
ra ob quæ hi tibi deferuntur ho
res; nempe aut ob media: vt sunt

ma, vires, opes, genus, & similia, quæ quia à natura sunt, idcirco de iis neque laudamur neque vituperamur. Aut ob turpia à turpibus laudaris, quod ingens est probrum, non honor. Tertio considera cui honores isti deferuntur: nempe tibi aut in digno aut digno: si indignus es istis honoribus, & falso opinantur homines te iis dotibus ornatum, quibus honos debeatur: eo ipso nomine non est tibi materia superbiendi, quin potius humiliter de te sentiendi, & curandi, vt fias id quòd illi te putant esse. Si dignus es qui laudaris. Honores tuos in Deum refer, cui debes & illa ob quæ honos tibi tribuitur. Tam non conuenit tibi arrogare honorem, quàm non conuenit tibi arrogare virtutem, quæ desursum est, descendens à patre luminum. Quicquid hic fauoris captas quod ad Deum non retuleris, ipsi furaris. Quid autem nequius seruo

vsur-

vsurpante sibi gloriam domin
Vnde putride puluis & vermis
tilis, gloria tibi?

Considera quàm tibi stultu
pretium tui de homuncionum o
ne metiri, quibus in manu est,
atq; ipsis placuerint, hoc ipsum
ris, quod largiuntur, rursus au
ac te modo honestatum dehone
Si in eorum labiis gloriam tuan
sueris, modò magnus eris, mod
uus, modò nullus: secundum
adulantium linguis placuerit vel
perare te, vel laudare. Stultum
est thesaurum tuum ibi recond
vnde resumere non valeas cum
lueris, sed ab iis mendicare inci
quibus illum seruandum credide
Itaque gloriam tuam pretiosissi
animæ tuæ thesaurum, ipsi Deo
tius seruandam repone, qui po
est depositum in tempus suum se
re, qui cautus est in custodien
& fidelis in restituendo. Si hu

nam contempseris, secura erit tibi gloria à Deo: eam seruabit viuo, restituet defuncto.

Considera mundanos honores cũ pessimis & sceleratissimis hominibus esse communes: imò nullis ferè contingere copiosius, quàm indignissimis. Itaque eum solum honorem esse deputa, qui à vera virtute proficiscitur: quem etiam interdum fugere oportet, sicuti verbo & exemplo nos docuit Christus. Vnicum autem honorem & homini Christiano expetendum esse non ab hominibus, sed à Deo collaudari. Non enim quem homo commendat, is probatus est: sed quem Deus commendat.

Quisquis es, qui præesse affectas, primos quæris accubitus, & Ecclesiasticorum graduum celsitudines ambis, ipsis etiam angelicis humeris formidadas: considera quàm sint transitoria quæ appetis, quàm æterna quæ perdis. Quid enim prodest

paucis diebus regnare ſuper te
& regno cœlorum æterno pi
Quomodo aliis præeſſe poteris
tibi ſubeſſe non didiceris? aliis
nari, qui tibi dominari neſcias? C
ſi per te ſteterit, quò minus vnu
piam ex iis qui curæ tuæ cor
ſunt, ſaluetur: quomodo ſaluari
ris: Quomodo de aliis reddes
nem, qui de te vix poſsis eam r
re? Quàm innumeris peccatis te
cumulas, qui addis peccata pe
ad quæ etiam accedunt ſubdi
tuorum peccata, quæ in tuum r
dant caput. Vnde duriſsimum
dicium, iis qui præſunt: pote
nim potenter tormenta patientu
quorum manibus ſubditorum
cata requiret Deus.

Conſidera quòd qui conte
ſupergredi proximos, multas
niunt difficultates, multos hab
mulos, multos inſidiatores,

tos contradictores. Nihil autem facilius est volenti, quàm humiliare seipsum. Vnde rex quidam traditam sibi coronam regiam priusquàm suo capiti imponeret, diu in manibus retentam considerauit, ac dixit: O nobilem magis quàm fœliceem coronam: quam si quis penitus cognoscat quàm multis solicitudinibus & periculis & miseriis sit referta, ne humi quidem iacentem tollere vellet.

Considera ô superbe, quòd nulli cuiquam places. Non Deo, quem habes aduersarium, qui superbis resistit, & humilibus dat gratiam. O quale malum est, quod aduersarium habet Deum. Non humilibus, qui humilitatis amatores tuam exhorrent superbiam. Non aliis superbis tui similibus, qui eo ipso nomine quo tete exaltas & extollis, tibi inuident, hoc metuentes, ne ipsis videri possis vlla in re beatior. Non etiam tibi ipsi tandem placebis; nec in hoc seculo, cum

ad te reuersus vtilitatem tuam a
ueris: & cum in teipso nihil pe
inueneris, vnde possis aliquo n
gloriari: nec in futuro seculo, cù
superbiam tuam in æternum ard
Bernardus: O homo (inquit De
te videres, tibi displiceres, &
placeres: sed quia te non vides
places, & mihi displices: venie
quando nec tibi nec mihi plac
mihi, quia peccasti: tibi, quia in
num ardebis. Soli diabolo tua p
superbia, qui superbus est valde
ex specioſissimo angelo præ sup
in teterrimum dæmonem est c
mutatus: teque simili modo sib
milem tentat efficere.

Considera peccata tua, que
causa quodcunque supplicij g
commeruisti, nec dignus es pane
vesceris. At dixeris: de peccatis
confessus sum. Verum quidem c
sed quî scis, an verè contritus, fu
ac odio an amore dignus sis?

scis, si conuertatur & ignoscat Deus, & relinquat post se benedictionem.

Considera quòd certo & euidenter nescis, an toto vitæ tuæ tempore opus meritorium feceris, quia sæpe vitia virtutis speciem præ se ferunt: quia sæpe inanis gloria totum opus alioqui bonum & meritorium, vitiat: quia sæpe iustitia nostra ad examen diuinæ iustitiæ deducta, iniustitia est: & plerunque sordet in conspectu districti iudicis, quod in oculis fulget operantis. Alia enim sunt iudicia hominum, alia iudicia Dei, cui gratior est peccator humilis, quàm iustus superbus.

Considera quòd forsitan plura mala fecisti quàm bona: & siqua bona fecisti, tantæ indeuotioni permista fuerunt, vt de iis planè non possis gloriari. Nam vix sine aliquo peccato est, quod laudabiliter gessimus, si remota pietate iudicemur.

ad te reuersus vtilitatem tuam agnoueris: & cum in teipso nihil penitus inueneris, vnde possis aliquo modo gloriari: nec in futuro seculo, cùm ob superbiam tuam in æternum ardebis. Bernardus: O homo (inquit Deus) si te videres, tibi displiceres, & mihi placeres: sed quia te non vides, tibi places, & mihi displices: veniet dies quando nec tibi nec mihi placebis: mihi, quia peccasti: tibi, quia in æternum ardebis. Soli diabolo tua placet superbia, qui superbus est valde, qui ex speciosissimo angelo præ superbia in teterrimum dæmonem est commutatus: teque simili modo sibi similem tentat efficere.

Considera peccata tua, quorum causa quodcunque supplicij genus commeruisti, nec dignus es pane quo vesceris. At dixeris: de peccatis meis confessus sum. Verum quidem dicis: sed quî scis, an verè contritus fueris, ac odio an amore dignus sis? Quî

scis

scis, si conuertatur & ignoscat Deus, & relinquat post se benedictionem.

Considera quòd certo & euidenter nescis, an toto vitæ tuæ tempore opus meritorium feceris, quia sæpe vitia virtutis speciem præ se ferunt: quia sæpe inanis gloria totum opus alioqui bonum & meritorium, vitiat: quia sæpe iustitia nostra ad examen diuinæ iustitiæ deducta, iniustitia est: & plerunque sordet in conspectu districti iudicis, quod in oculis fulget operantis. Alia enim sunt iudicia hominum, alia iudicia Dei, cui gratior est peccator humilis, quàm iustus superbus.

Considera quòd forsitan plura mala fecisti quàm bona: & siqua bona fecisti, tantæ indeuotioni permista fuerunt, vt de iis planè non possis gloriari. Nam vix sine aliquo peccato est, quod laudabiliter gessimus, si remota pietate iudicemur.

Gregorius: Væ laudabili vitæ hominum, si remota pietate iudicetur: quia vnde ante oculos iudicis se placere suspicatur, obruitur. Mala enim nostra pura sunt mala, ex pluribus circunstantiis grauia, & grauibus supplicijs digna: bona autem nostra non sunt pura bona: sed multis impuritatibus sunt admista.

Considera quòd Deus est, qui in te vel tecum operatur, vt bona opera opereris: qui dat tibi & velle & perficere, sine quo ne cogitare quidem potes aliquod bonum; sine quo nec surgere ad bonum, nec stare in bono potes: cuius virtute necesse est tenearis, qui eius manu erectus es: cui secundum cuius gratiam tibi datam, aut vltro oblatam, negligenter nec satis fideliter operatus es. Vnde non tibi, sed Deo, eorum operum gloriam ascribere debes, ne cum hic temporalem gloriam pro mercede receperis; in futuro æternam gloriam, alioquin ratione

illorum

illorum bonorum operum habendam, cum operibus tuis perdas. Nemo enim potest & temporalem gloriam præsentis seculi, & æternam venturi seculi habere, & in terra simul & in cœlo glorioſus esse. Quid enim æternæ mercedis habere speras in cœlo, qui temporalem mercedem voluerís recipere in mundo? Mundanam gloriam tibi ab hominibus impendi maluisti: & iam cœlestem gloriam æternamque tibi à Deo impendendam, perdidisti. Gregorius: Cum pro recto opere laus transitoria quæritur, æterna retributione res digna vili pretio venundatur. De quo videlicet pretio percepto veritas dicit: Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. His amplius plerunque putas opus esse bonum, quod malum est: vel maius esse: quàm sit: vel meritorium esse, quod non est: vel maioris esse meriti apud Deum, quàm sit. Hostis enim nostri malitia tanta

arte se palliat, vt plerunque ante deceptæ mentis oculos culpas virtutes fingat: & inde quisque quasi expectet præmia, vnde æterna dignus est inuenire tormenta. Plerunque enim quod hominibus altum est, abominatio est apud Deum. Igitur si diligenter consideraueris, de omnibus operibus tuis potius debes formidare, quàm gloriari. Iuxta illud Iob: Verebar omnia opera mea, sciens quòd non parceres delinquenti.

Methodus vitandi Superbiam.

QVoniam de ignorantia tui nascitur in te superbia, cum meliorem aut beatiorem quàm sis, decepta & deceptrix tua cogitatio te esse mentitur: & in tuis oculis maior es, quàm apud Deum, quàm in veritate. Idcirco nascenti superbiæ veracius aut commodius occurrere non potes, quàm si in veritate teipsum noueris, quàm si teipsum inueneris.

Tan-

Tantum te ad lumen veritatis discutias, teipsum sine dissimulatione inspicias, & sine palpatione diiudices. Ne tibiipsi de te mentiaris, ne in spiritu tuo sit dolus. Nam quomodo non verè humiliaberis in hac veri tui cognitione, cum te perceperis onerarum peccatis, mole huius mortalis corporis aggrauatum, terrenis intricatum curis, carnalium desideriorum fece infectum, implicitum mille erroribus, expositum mille periculis, mille timoribus trepidum, mille difficultatibus anxium, mille suspicionibus obnoxium, mille necessitatibus ærumnosum, procliuem ad malum, difficilem ad bonum?

Non est periculum ne nimis te humilies, ne nimis humiliter de te sentias, ne minorem te existimes, quàm sis: hoc est, quàm te veritas habeat. Vicissim grande est malum, horrendumque periculum, si vel modicè plus æquo te extollas, si vel vni

etiam in tua cogitatione te præfera
quem fortè parem tibi veritas ind
cat, aut etiam superiorem.

Quòd si videris aliquem aper
peccare, vel aliquem grauia perpetr
re: non tamen debes te meliorem e
istimare, quia nescis quamdiu pos
in bono stare. Omnes fragiles sumu
neminem tamen teipso fragiliore
existimabis.

Aliorum virtutes magis consid
ra, quàm vitia: quia in eo plenitud
constat humilitatis. Nam quanuis
aliquo maior tibi sit à Deo data gr
tia: quàm proximo tuo, tamen si r
cte perpendas, in multis te iudicare p
teris inferiorem. Quid enim sup
proximum tuum superbis, si labora
aut ieiunare plus potes, quàm ips
cum superet te patientia, humilita
præcedat, charitate supereminear? Er
itaque magis solicitus, vt scias qu
desit tibi, & quid alteri insit, quà
quid tibi insit, & quid alteri desit:

hæc cogitatio te in humilitate custodiet, & proficiendi desiderio accendet. Quòd si tecum reputaueris, quid tibi habere videaris, quo alter quispiam careat, te in superbiam eriges, dum alteri te præpones: hinc proficere negliges, dum te magnum & excellentem arbitraueris: hinc deficere incipies, dum alterius comparatione etiam iuuenis egisse tibi ipsi videberis: sicque in tepiditatem incides, & remissius solito agere incipies.

Quòd si sapienti iudicio nec temerario te donum quodpiam præ cæteris habere agnoueris: tunc dumtaxat de eo cogitabis, cum ea causa domino Deo tuo voles gratias agere, & eidem te agnoscere debitorem: aut dum gratia consolationis in Deum vt ab eo maiora speres, alia ex causa imminentem tristitiam eius doni consideratione volens propellere.

Quum aliquod bonum opus operatus fueris: crede de alis meliora

vt humilieris, & humilitatem seruare possis.

Si pro aliquo bono opere senseris mentem tuam intus arcana quadam voluptate supra modum extolli: tunc temporis valde tibi est cauendum, ne philautia (id est tuiipsius amor & complacentia) opus bonum ad Dei gloriam factum quoquo modo contaminet, néve inanis gloria omnium bonorum consiliorum pestis illud corrumpat. Sed nihil tuis meritis arrogans, totum illud gratuitæ Dei beneficentiæ feres acceptum, teque ipsum protinus verbis Pauli reprimes: Quid habes, quod non accepisti? & si accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?

Quòd si de eo bono opere gloriari vis, gloriare in Domino: id est omne illud opus bonum Deo ferens acceptum, illius operis causa soli Deo placere desiderabis, qui solus conscientiæ arbiter est, & cui placere sola vera

& summa

& ſumma gloria eſt.

Quicquid in te magnum, quicquid pulchrum, quicquid erit præclarum, id Dei munus, non tuum eſſe bonum ducas. Contrà, quicquid humile, quicquid ſordidum, quicquid prauum in te fuerit, id totum ad te tantum referes.

Opera bona quæ raro & à pauçis fiunt, quàm optimè poteris, occultes: ſic vt neſciat ſiniſtra, quid faciat dextera tua. Facile enim eſt eorum appetere inanem gloriam, quæ palàm fiunt.

Dum animum tuum in ſuperbiam erigi ſenties, mox tua ipſius mala vertes in remedium, quaſi venenum veneno pellens, ſi ingens aliquod corporis aut animæ tuæ vitium, & quod animum tuum vehementer remordeat, ob mentis oculos propoſueris, & pauonis exemplo ea tui parte contempleris teipſum, qua es deformoſiſsimus.

Ne te-

Ne teipsum æstimaueris ex aliorum laudatione, sed de tua ipsius conscientia. Si te laudari audies, teipsum interoga, an talis sis, qualem alij prædicant. Quòd si animus tibi respondeat, te longe alium esse quàm ipsi te faciunt, magis crede tibiipsi cui notior es, quàm aliis. Quòd si te talem esse agnoueris, nihilominus quantum in te est scuto veritatis cures à te repellere iaculum fauoris, dans Deo gloriam, & dicens: Gratia Dei sum id quod sum. Probes ipse opus tuum, & sic habebis gloriam in temetipso, non in altero.

Contra cæcam superbiam, de te humiliter senties: contra vanam gloriam, aliter sentientibus non consenties.

Iustius tutiusque est vt nouissimũ locum eligas, de quo postmodum cũ honore superius educaris: quàm vt primos quæras accubitus, vnde cedere mox oporteat cum rubore.

Quan-

Quanto maior es, tanto te geras summissius: non enim magnum est in abiectione humilem esse: magna prorsus & rara virtus humilitas honorata. Itaque si egregius es, esto tamen de grege: si omnibus præes, non dedigneris subesse. subditos tuos, homines memineris, non pecudes: quòd tibi subditi sunt, meritis tuis non accidit: quòd autem homines sunt, in hoc tibi natura pares sunt. Humilitas in honore, ipsius honoris honor est, & dignitatis dignitas. Omnis dignitas ipso dignitatis nomine indigna est, si humilia dedignatur.

Si virtutem expetis humilitatis, viam non refugies humiliationis: si non pateris humiliari, non poteris ad humilitatem prouehi. Quamuis enim multi sint humiliati, qui humiles non sunt, tamen humiliatio via est ad humilitatem sicut patientia ad pacem, lectio ad scientiam.

Acquie-

Acquiesce Deo, & sit voluntas tua subdita veritati: nec te verè putes tuo subiectum esse creatori, cui debes totum quod es, & totum quod habes, qui & fecit te, & benefecit tibi: nisi & humanæ creaturæ propter eum sis subditus, superioribus, inquam, & prælatis tuis. Quòd si vis in iustitia esse perfectus: vade ad iuniorem, & defer inferiori honorem, & iuniori te inclinato.

Proprium abhorre consilium, & propriæ voluntatis effectum: superiorum & sapientiorũ acquiesce consilio, quibus verè humilis dat suum velle & suum nolle.

Cor tuum triplici timore replebis: vt timeas quidem pro accepta gratia, amplius pro amissa, longè plus pro recuperata. Time quum arriserit gratia, nec indignè opereris ex ea. Time quum abierit, quia vbi deficit gratia, ibi deficis tu, custodia tua te relinquente. Time si

amissa

amissa denuò redierit, ne fortè contingat te recidiuum pati. Nó potes simul & sic timere, & altum sapere: nó potes admittere superbiam repletus timore Domini.

Patientiam habe in aduersis: verum humilem patientia ostẽdit iniuriç, sicut nos exẽplo suo docuit Christus: qui quú malediceretur nó maledicebat: quũ pateretur non cóminabatur.

Ne despexeris, néue irriseris miserum: id enim arrogantis stultitiæ magnum est argumentum, præsertim quum calamitas misericordiam mereatur, non conuitium.

Cauendum tibi est, ne vestis tibi sit vanitate aut curiositate nimis exquisita, aut pretiosa nimis qui enim diligit vestimentum nimis splendidũ, cogitationes humiles habere non potest: & nemo quærit vestimenta supra modum pretiosa, nisi ad inanem gloriam: quia ea non induit, vbi ab hominibus videri non potest.

Cauendum etiam tibi est, ne vestis tibi sit vilior & humilior quàm æquum sit: ne fugiendo gloriam, eandem videaris quærere. Plures enim in hoc ipso cupiunt placere, quòd placere negligunt: & dum laus vitatur, mirum in modum appetitur. Itaque nec nimium sis luxuriosus in vestitu, nec nimium sordidus, sed eleganti mundi tiæ. Verè humilis humilia non dedignatur ministeria, quasi seipso indigna: sed libenter ad humilitatis suæ custodiam humilia obire munera non recusat, qui se in oculis suis vilem existimat.

DE HVMILITATE.

HVmilitas est contemptus propriæ excellentiæ. Temperat enim & refrenat animum, ne immoderatè tendat in excelsa. Quæ attrahit & dat homini cæteras virtutes, earũ fortissima conseruatrix: perit enim quod agitur, nisi humilitate custodiatur: sicut

ſicut viciſsim ſuperbia omnium vitiorum mater eſt, & alumna. Bernardus: O humilitas regina virtutum, vitiorum mors, nutrix virtutum, ſcientiæ decor, religionis vigor, Trinitatis hoſpitium, Sanctiſpiritus receptaculum. Beato Antonio quum oſtēſa fuiſſent retia, quę diabolus per totum mundum extenderat, dicenti: Quis poteſt euadere iſta? Reſponſum eſt: Humilitas. Super quem enim requieſcit ſpiritus Domini, niſi ſuper humilem & quietum & trementem ſermones eius? Bernardus: Laudabilis virtus virginitas, ſed humilitas magis neceſſaria: potes ſine virginitate ſaluari, ſine humilitate non potes. Poteſt (inquam) placere humilitas, quæ virgnitatem deplorat amiſſam: ſine humilitate (audeo dicere) nec virginitas Mariæ placuiſſet, quia etiam vt placeret virginitas, humilitas procul dubio fecit. Vera autem (inquit Auguſtinus) fidelium

humilitas est, in nullo superbire, in nullo murmurare, nec ingratum esse, nec querulũ: sed in omnibus Dei iudiciis gratias deo agere. Deumq; laudare: cuius omnia opera aut iusta sunt, aut benigna. Perficitur summa humilitas obedientia, & iniuriæ patientia: sola humilitas non solet gloriari, non nouit præsumere, contendere non consueuit. Gregorius: Sicut superbi honoribus, sic plerunq; humiles sua despectiõe gratulãtur: quumque se in alienis oculis viles aspiciunt, idcirco gaudent: quia hoc iudicio cõfirmari intelligunt, quod de se & ipsi apud semetipsos habuerunt.

Tres sunt gradus humilitatis.

Subdere se maiori, & non præferre se æquali.

Subdere se æquali, & non præferre se minori.

Subdere se minori, & nulli se præferre.

Per hos humilitatis gradus quantò magis quis descenderit, tantò magis ad dei similitudinem ascēdit. Qui magnus manens super omnia, fieri inter omnia dignatus est paruulus: ideoq; ad eius non ascenditur altitudinem, nisi per humilitatē: cui propinquat subditus, & longè recedit elatus: ad quem redire non possumus nisi humilitate, à quo nos superbia & inobedientia exturbauit. Hæc sola est via ad deum, & nō est alia præter ipsam: qui aliter vadit, cadit potius q̄ ascendit. Sola est humilitas quæ exaltat: quanto enim quis est abiectior in hoc seculo, tanto magis exaltabitur in futuro. Omnis enim qui se exaltat, humiliabitur: & omnis qui se humiliat, exaltabitur.

DE AVARITIA.

AVaritia est sua illicitè retinere, aut aliena concupiscere.

Cuius species sunt quatuor.

Ipſe aliena nimis deſidero, multa dolose.

Acquiro, non reſtituo male parta, tenax ſum.

Peccant per auaritiam.

Deſiderium alieni.

Qui iuſtam habent voluntatem accipiendi ſeu retinendi alienum. Spes enim adipiſcẽdorum, ſeu retinẽdorum temporalium, charitatis venenum eſt.

Qui inordinatum habent appetitum pecuniam, aut ſuperflua bona acquirendi quo iure quaq; iniuria.

Qui voluntate deliberata appetũt ſacerdotia, dignitates, & bona temporalia, vt ſuis voluptatibus cómodius indulgeant.

Iniuſta acquiſitio.

Qui iniuſtè & per illicitum contractum, diuina vel humana lege vetitum: vt per ſimoniam, rapinam, &c. acquirunt bona, aut per opera quæ ſunt peccata mortalia: vt per adulteri um, lenocinium, &c.

Retentio alieni.

Qui iniuſtè detenta aut poſſeſſa reſti-

restituere nolunt, qui tantisper in peccato manent, donec alienum restituant, duntaxat si restituendi habent facultatem. Non enim dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatũ. Quòd si restituendi non adsit facultas: sufficit contritio, cum proposito restituendi quando erit facultas.

Qui parati sunt facere contra mãdata dei, antequàm bona temporalia amittant.

Tenacitas.

Qui ex affectu auaritiæ, & non ad arcendam propriam aut alienam egestatem thesaurizant. Quod in viris ecclesiasticis multo est damnabilius: bona enim dei patrimonium est pauperum eius. Ambros. Aurum habet ecclesia, non vt seruet, sed vt eroget.

Qui præ insatiabili habẽdi cupiditate adeò tenaces, parci, & auari sunt, vt proximo opera misericordię exhibere nolint, & in necessitate cõstituto subuenire: vbi charitas & recta ratio naturalis dictant esse adimpleanda,

Qui nimis anxiè sunt soliciti, quo modo reliquum vitæ suæ tempus victum & vestitum nanciſci poterunt, non habendo ſpem in Domino: qꝫ ſi dignè ei inſeruierint, omnia neceſſaria adiiciet. Nam ipſa veritas Matth. 6. proprios diſcipulos docens, dicit; Nolite ſoliciti eſſe animæ veſtræ, quid mãducetis aut bibatis: aut corpori veſtro, quid induamini: ſed quę rite primum regnum dei & iuſtitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis. Si enim mandata mea ſeruaueritis, bona terræ comedetis.

Periuriũ.

Qui aliquid vendentes maioris lucri cauſſa iurant ſe tanti emiſſe, cum tamen minoris multo emerint: & (vt ſimplicitati populari imponant) longè carius, quàm ſit æquum merces ſuas indicant.

Fractio legum.

Qui pecunia adulterati & corrupti, non iudicant ſecundum æquitatem & legis præſcriptum, aut falſum ferunt teſtimonium.

Ex auaritia tanquàm ex fonte innumera alia peccata ducunt originem, quæ superuacaneum foret hic inserere.

Filiæ auaritiæ.

Furta rei sacræ grauiora, reiq; profanæ.

Hinc vsura, rapina, simonia, pignora sunto.

Peccant ex auaritia.

Sacrilegium. Qui furantur clam, aut vi rapiunt sanctorum reliquias, eorum imagines, vasa sacra, res mobiles vel immobiles ad vsum ecclesiæ vel ministrorum Dei mancipatas: quo modo rei sacræ magna fit irreuerentia.

Furtum. Qui vel rem prophanam in loco sacro furantur.

Qui alienum clàm auferunt, aut inuentum non restituunt.

Qui à parentibus pecunias aut aliud quicquam furantur.

Vsura. Qui pecunias aut aliquid aliud dãt fœnori, vt post diem dictum quod

mu-

mutuo datum est recipiant,& vi mutui aliquid aliud vltra sortem: de qua vsura in præceptis dictum est.

Rapina hoc à furto interest: quod enim furtum clàm & dolo aufert, rapina vi & violentia adimit. Rapina.

Qui sacerdotia ecclesiastica aut emunt, aut vendunt, aut empta possident. Gregorius: Tunc tantum vtilis est præpositorum custodia, cum spiritu Dei populo suo præsidet: & non solum greges, sed etiam ipsos dignatur custodire pastores. Simonia.

Qui pro spiritualibus & quæ tantum habentur dono spiritus sancti, tẽporale lucrum (vt pretium tantũmodo ratione rei spiritualis debitum) expectant: tametsi nulla facta est conuentio vocalis. Quod Christianæ religioni magnam affert iniuriam: vilipenduntur enim res spirituales, dum sub pretio ponuntur.

Hic notandum est, pecuniam simoniacè receptam nó debere restitui ei, qui

qui dedit: sed pauperibus erogari debere, vel illi Ecclesiæ in quam facta est talis iniuria.

Methodus detestandi auaritiam.

COnsidera ô auare, & terrenorum bonorum inexplicabilis gurges, q̃ dominus & Deus tuus, omnium diuitiarum plenitudo & thesaurus inexhaustus, ab inenarrabilibus cœli diuitiis in hunc mundum descendens, istas qualescunque diuitias habere noluit, sed in tanta paupertate venit, vt ex pauperculâ humillimaq̃; Maria virgine non ex opulentissima regina dignatus sit nasci. Natus q̃; non in opero sis palatijs & molliculo lecto, sed in vili præsepio super fœnum reclinari voluit rex regum & Dominus dominantium: tot solummodo fasciis inuolutus, quot vir guncula ad partum imparata secum gestabat. Pauperesq̃; pastores infantem ipsum pauperem, cum paupere

Ma-

Maria-matre, in paupere loco, non in pompoſa regia inuenerunt. His amplius tantiſper dum in hac vita fuit, paupertatem ſemper amauit, & temporales diuitias contempſit, dum eas tanquam viliſsimas cuſtodi viliſsimo ludæ traditori commiſit. Ad hæc accedit, quòd pauperes ſemper amauit: elegit enim in apoſtolos ſuos, non duces, non magnates, non alios quoſuis opulentos viros, ſed pauperrimos piſcatores. O verè magna abuſio & nimis magna, vt diues eſſe velit vermiculus vilis, propter quem deus maieſtatis, & dominus ſabaoth voluit pauper fieri. Itaque quicunque propter deum es pauper voluntariè & libenter, aut neceſſariè & patienter, vide pauperem Chriſtum & pauperem Mariam: & de paupertate tua accipies conſolationem.

Conſidera quàm miſerabilis ſit tua abiectio & puſillanimitas: vt animam tuam ad imaginem & ſimili-

tudi-

tudinem Dei creatam, ad cuius pretium totus mundus æstimari non potest, cuius causſa mirabilem hanc mundi machinam condidit Deus, pro his temporalibus & caducis bonis perdas. Deus animam ſuam pro toto mundo dare noluit, quam pro humana anima dedit: ſublimis eſt ergo animæ tuæ pretium, quæ non niſi pretioſo Chriſti ſanguine redimi potuit. Quid igitur tibi eſt cum terrenis diuitiis & gloria temoporali, quæ nec veræ nec tuæ ſunt? Veræ diuitiæ non opes ſunt, ſed virtutes, quas ſecum portat conſcientia, vt in perpetuum diues fiat. Tolle hominum errorem, quid erit aurum & argentum, niſi terra crocea & alba? Quod omnes philoſophi gentiles contempſerunt: hoc tu pauperis Chriſti diſcipulus, & ad longè meliorem conditionem vocatus, vt magnum quiddam admiraberis, iisq; ſeruies? Qui enim (inquit Hieronymus) diuitiarum

ſeruus

seruus est, diuitias custodit vt seruus: qui autem seruitutis excusserit iugũ, distribuit eas, vt dominus. Hoc enim interest, diuitias habere, & diuitiis seruire: iis si vti scias, tibi seruiunt: si vti nescias, illis seruis.

Considera, quòd non optes duobus dominis seruire, Deo & mammonæ: quia non potest ad contẽplandũ Deum mens esse libera, quæ desideriis huius mundi & cupiditaribus inhiat Neq; enim oculus simul & cœlum & terrã conspicere potest. Haud secus temporalibus præoccupatũ animum delectatio sancta refugit: nec misceri poterunt vera vanis, æterna caducis, spiritualia corporalibus, summa imis, vt pariter sapias quæ sursum sunt, & quæ super terram. Pretiosa siquidem est delectatio diuina, nec omnino tribuitur admittentibus alienam. Putásne te posse illum Dei spiritum suscipere, nisi carneis istis delectationubus renuntiaueris?

Vnde

Vnde putas ordinis tui inexplebilis cupiditas ducat originem, nisi ex inedia & obliuione? Idcirco enim alienum mendicat anima tua, quòd oblita sit comedere panem suum: propterea terrenis inhiat, quòd minime cœlestia meditetur. Renuat itaque cõsolari anima tua in terrenis, si vis in Dei memoria delectari.

Considera, quòd licet ea quæ mũdus aliquando suis amatoribus erogat, magna & honesta in præsenti seculo videri possint, tamen infida esse quis nesciat? Certa eorum est breuitas, & ipsius quoque breuitatis q̃ finis incertus, sæpe viuentem deserunt, morientem autem nunqam sequuntur. O seculum nequam, quod solos suos sic solet beare amicos, vt dei faciat inimicos, & indignos beatorum consortio. Planè enim qui amicus vult esse huius seculi, inimicus dei constituitur.

Considera quòd si in terrenarum rerum

rerum affluentia concupitá felicitas arriserit, eo ipso infelicior es, quo vehementius ipsam pro felicitate ample &eris infelicitatem. Quantum putas infelicitatem hæc ipsa tam vana felicitas pariat? Diuitiarum enim amor insatiabilis longè amplius desiderio torquet animam (vt interim de pœnis æternis taceamus) quàm refrigeret vsu suo: vtpote quæ pungit animam, lacerat, & affligit: quoniam inducit eam in varias tẽtationes, prouocat ad peccandum, aufert charitatem, tollit quietem: & præterquàm quòd diuitiæ momentaneæ sunt, tamen ferè sine labore mentis & corporis non acquiruntur, sine timore non possidentur, sine dolore non amittuntur. Nec ferè vnquam ingentes diuitiæ sine peccato aut parantur, aut seruantur: & plerunque accidit diuitem hominem iniqui aut dominum esse, aut hæredem. Paupertas autem amatores suos nec intrinsecus per auaritiam

vrit, nec extrinsecus per controuersiam lædit: sed sursum per desiderium accendit, suosque à gemina impugnatione (qua huius mundi amatores impugnantur) reddit securos, scilicet à propria inuidia & aliena. Paupertas enim dum putatur misera, aliena caret inuidia: & quia voluntaria est, nemini quicquam inuidet.

Considera quàm absurdũ sit cordi tuo tam paruo, totum mũdum vix sufficere, cùm illud ad vnius milui refectionem vix sufficiat. Quàm tibi stultum sit & extremæ dementiæ, ea semper appetere, quæ multiplicata nunquam satiãt, sed ne minuunt quidem appetitum: imò potius auaritiæ sitim augent, sicut potus hydropico. Et dum quicquid talium habueris, nihilominus non habita concupiscas, & ad ea quæ defuerint semper inquietus anheles. Ita fit vt per varia & fallacia mundi oblectamenta vagabundus animus tuus inani labore discurrens

ſcurrens ſatigetur, non ſatietur: dum quicquid famelicus deglutierit, parum reputat ad id quod ſupereſt deuorandum: ſemperque non minus anxiè cupiat quæ deſunt, quàm lætè poſsideat quæ adſunt: nec prius ſatietur auro, quàm corpus aura. Auguſtinus: Quæ eſt iſta auiditas concupiſcentiæ, cum & iple belluæ habeant modum? tunc enim rapiunt, quando eſuriunt: parcunt verò prædæ, cum ſenſerint ſatietatem. Inſatiabilis eſt ſola auaritia diuitum: ſemper rapit, & nunquam ſatiatur. Quæ eſt illa animarum inſania: amittere vitam, appetere mortem: acquirere aurum, & perdere cœlum?

Conſidera quòd vbi ſunt multæ opes, ibi etiam multi ſunt qui expendunt eas, tam conſumentium, quàm ſubtrahentium. Nec opulentiſsimus quiſque aliud in hoc mundo habet præter victum, quem iudem habes; de quo admo-

dum tibi curandum non est, si modò iactaueris cogitatum tuum in Domino, & eius curæ te penitus commiseris, qui non derelinquit sperantes in se. Qui enim sic fecit hominem, vt alimentis egeat, non patietur eum perire necessariorum subtractione. Cū Dei bonitas passerculos benignè & pascat & vestiat: hominē pium sibiq; fidentē destituet scilicet? Præterea necessitati pauca sufficiunt: vita breuis est, mors properat: quid tanto tibi opus est viatico, quid tantis tibi opus est diuitiis? quibus quò minus fueris onustus, eò expeditius hanc tuam peregrinationem conficies. Ad cuius metam cùm peruenieris, nihilo peius tecum actum erit, quàm cum ditioribus, qui plus viatici ad eādem viam conficiendam secum detulerant: nisi quòd aut nihil aut perparum tibi supererit, in ipso peregrinationis exitu relinquendum. Illis autem locupletissimi thesauri ad tam breue iter peragendum

gendum fruſtrà coaceruati, non ſine magna animi anguſtia in itineris meta relinquendi erunt.

Conſidera ô auare, quibus tantum pecuniarum aceruum paras, quibus tantas opes accumulas, cum quantumlibet laboraueris pro accumulandis bonis, tamen ſicut nudus in mundum veniſti, ita nudus de mundo recedes. Inops natus es in hac vita, inops reddes de hac vita. Si bona huius mundi peritura credis, cur peritura tanto amore amplecteris? Facile contemnit omnia, qui ſemper cogitat ſe eſſe moriturum. In mortis articulo omnia bona temporalia relinques, & ſolummodo ad diſtricti iudicis iudicium, bona & mala opera tecum deferes, vbi omnia bona ſpiritualia per te facta perdes, ſi iis parui habitis, totus in hac vita fueris propenſus bonis temporalibus. Tua in tres partes tunc diuidentur: corpus dabitur vermibus, anima dæmoni-

bus, bona temporalia hæredibus aut ingratis aut prodigis. Itaque satius esset iuxta consilium cuiusdam sancti viri, superfluas & exundantes opes pauperibus erogando, in cœlum quò ire vis, præmittere more heroum gentilium, qui sarcinulas & impedimenta eò præmittunt, quò diuersuri sunt: quàm post mortem tuam nihil tibi profuturas, ignotis prædam relinquere. O quæ stultitia, ibi thesaurum tuum relinquere, vnde exiturus es, & eò non præmittere quò iturus.

Considera quòd Deus cœlestis paterfamilias ordines ministeriaque famulorum terrenæ domus dispertiens: hos vt regant, illos verò statuit vt ab aliis regantur. Istos iubet vt necessaria cæteris præbeant, illos autem vt accepta ab aliis sumant. At cum tu eorum quo vltra moderatum vsum tibi redundant, dispensator sis positus: putásne impunè tibi licere ea re-

tinere,

tinere, quæ tanquam aliena à cœlesti domino dispensanda suscepisti? Esurientium enim (inquit Ambrosius) panis est, quem tu detines: & nudorum vestimentum, quod tu recludis: & miserorum redemptio est & absolutio, pecunia quam in terra fodis. Tantorum ergo scias te inuadere bona, quantis possis præstare quod vales.

Considera quam misericordiæ hostiam Deo tibi omnia danti reddis, si eum in suis pauperibus non pascis. Quicquid enim vni ex minimis pauperibus feciſti, Christo feciſti: vicissim quod vni non feciſti, Christo nō feciſti: quum ea quæ multis prodesse poterant, inutiliter seruas.

Considera quòd bona, quæ à Deo in hoc mundo tibi data sunt, calamitatis sunt solatia, non autem retributionis præmia. Itaque caue, ne dum omnia pro voto tibi suppetant, eorum omnium datorem quærere negligas: ne in iis quæ dantur

animum figas, ne peregrinationem pro patria diligas, ne subsidia itineris, in obstacula peruentionis vertas: ne nocturno lunæ lumine delectatus, claritatem diurni solis videre refugias, tandemque fauorem vitæ transeuntis, in mortis perpetuæ occasionem veritas.

Methodus vitandi auaritiam.

SI opes auferuntur, aut non contingunt, noli valde cruciari. Siquidem in iis quæ verè sunt hominis, nihilo plus habent reges, quàm tu pauper. Viues vt ipsi (tametsi nó tam lautè) vsque ad mortem, quæ forsan hodie aut propediem ex improuiso aderit: quo tempore quid profuerint diuitiæ, quibus tunc opus non erit?

Viue præsenti conditione contentus, memor quòd (vt ait Hieronymus) satis diues est, qui pane non indiget: satis potens, qui seruire non cogitur. Ad hæc necessitati pauca suffi-

sufficiunt: & vita nostra breuis est: quò strictius eam transegeris, eò felicius.

Habens alimenta & quibus tegaris, iis contentus esto. Non dico, quibus orneris. Seruus enim Dei (inquit Chrysostomus) non debet habere vestimentum ad decorem visionis, nec ad mollitiem seu delectationem carnis, sed ad tegumentum nuditatis.

Quære primum regnum Dei, & iustitiam eius, & omnia corpori tuo necessaria adiicientur tibi. Deus enim, qui libenter vult tibi dare cœlestia & magna, non negabit tibi minima & terrena. A quo si minima non speras, quo modo maxima sperare poteris?

Paupertas virtus non est, sed paupertatis amor: per cuius amorem, Christo qui propter nos omnia reliquit, pauperes voluntariè & libenter conformantur, necnon pauperes necessariè & patienter: qui diuitias

non habitas tanquàm habitas contemnunt, necessariam paupertatem, per patientiam faciunt voluntariam. Dum pauperes per paupertatem Christo conformantur; diuites per eleemosynam Christo reformantur.

Quia non solùm pauperes pastores pauperem Christum cum paupere Maria in paupere loco inuenerunt: sed etiam diuites reges, idque duntaxat per eleemosynam & munerum oblationem. Itaque quisquis es cui suppetunt facultates, pauperibus propter Christum libenter eleemosynam erogabis: quod enim iis feciſti, Christo feciſti.

Illud solum tuum reputa, & in cœlis, vbi patriam tuam habes, vbi reseruatum quod pauperibus erogaueris. Si enim in hac alienigena terra thesaurum tuum collocaueris, nihil est quod speres accipere in cœlis, vbi nihil habeas repositum. Non enim sunt hominis dicenda bona, quæ secũ deferre

deferre non potest, quæ perdit inuitus. Spiritualia autem bona, vere bona sunt: quę ne in morte quidem animam deserunt, nec amitti possunt nisi te volente.

Caue temerè profundas tuas facultates, ne vel turpiter egeas, vel turpius rem pares. Quin potius sic vtere tuo, vt alieno non egeas: ita rationabiliter tua tene, vt aliena non ambias.

Efficacissimum auaritiæ remedium est, pauperibus omnia relinquere, & sub sancto prælati regimine & prouisione viuere, & in nullo sui iuris esse: sicut in primitiua ecclesia fideles sub Apostolis erant. Sed hoc consilij est, non præcepti.

DE LIBERALITATE.

LIberalitas est virtus dispensandi diuitias in vsus bonos, sibi, suisque, & alus.

Hęc virtus sibi temperat ab illicito lucro, à rapina, furto, vsura, & sic de aliis: aliog eñ eleemosyna illa oculis redem-

redemptoris non placeret, quæ ex illicitis & iniuſtitia congeritur, quę vni iniuſtè adimit, quod alteri ſub ſpecie recti exhibetur: ſed quæ de rebus à iuſto poſſeſſore datis, aut bene & iuſtè acquiſitis impenditur. Auguſtinus: Vis eſſe optimus mercator, prudens mercenarius: da quod non potes retinere, vt conſequaris quod non poſsis amittere: da modicum, vt conſequaris centuplum: da rem perituram, vt conſequaris æternam. Sed cui dabis? Da indigenti (inquit Chryſoſtomus) & non ſaltanti: vt non cum tuis eleemoſynis animam tuam perdas, & illius, cui das.

Methodus faciendi eleemoſynam.

Libera cui virtus in dando, ritè videbit
Cui quid, cur, quantum, quo tempore, quóve loco det
De proprio, lętus, non improperans, neque tardans.

Indi-

Indigenti danda est eleemosyna & facienda liberalitas, non meretrici aut histrioni. Hieronymus: Pars sacrilegij est, rem pauperum dare non pauperibus. Cui.

Quod indigenti vtile sit, non quo ipse perdatur & lædatur, in corpore aut anima. Quid.

Propter Deum, & pauperis inopiam releuandam: non propter aucupandam humanam gloriam. Cur.

Non modum excedendo: ita vt nec danti nec accipienti magnitudo noceat. Danti enim noceret, si esset aliis magis obnoxius, cui propterea dare aut satisfacere non posset: veluti sibi, vxori, liberis, cognatis, creditoribus. Accipienti etiam noceret: si male vteretur, si propterea ebrietati & crapulæ indulgeret, aut otio. Quantū.

Tempestiuè danda est pauperi eleemosyna, non expectando quoadusque pauper moriatur fame, dum non amplius possumus eum liberare. Quo tempore.

Itaque

Itaque etiam præuenire debemus
titionem pauperis: quia qui citò
bis dat. Prouerb. xxx. Ne dix
amico tuo: Vade & reuertere, &
dabo tibi, quum statim possis d
Præterea omni tempore eleemo
nis vacandum est, & maximè
bus festis, vt dies illi magis sanc
centur.

Quo loco. In secreto loco, si fieri possit
nesciat sinistra, quid faciat dextra,
saltem in loco honesto.

De proprio. Iniquè ablata per vsuram, furt
rapinam, aut extorsionem, deben
stitui veris dominis, si fieri po
non autem erogari pauperibus.
dorus: Nihil proficis, si alterum
reficis, vnde aliis iniuriam facis.
gustinus: Aliqui in hoc se iusti
ri existimant, quòd de substanti
perum exiguam eleemosynam
ant: & de eo quòd à pluribus a
lerunt, vni quicquam minimum
giuntur. Cibatur vnus, vnde p

esu

esuriunt, & de multorum spoliis vix pauci tęguntur. Non talem eleemosynam Deus quærit: nec vult pietatem vni, de alterius crudelitate præsturi: nec violenter aliquid alicui auferri, quod misericorditer alteri exhibeatur. Illam eleemosynam Deus comprobat, quæ de iustis laboribus ministratur. Qui enim immolat sacrificium de substantia pauperis, quasi qui victimat filium in conspectu patris. Quid autem esse intolerabilius potest, quàm mors filij ante oculos patris: Quod si iniquè ablata veris dominis restitui non possunt, pauperibus eroganda sunt. Sicut & meretrix de eo quod à iusto possessore accepit, eleemosynam facere potest?

Eleemosyna ex animo danda est, non autem ex coactione, nec ad euitandam molestiam pauperis importunè stipem quæritantis. Hilarem enim datorem diligit Deus. Augustinus; In iudicio cordis consi- Lætus.

derau-

deranda est eleemosyna tribuen
nec iam considerandum est quátu
sed qua mente, qua affectione
quod potest.

Non exprobrans.

Omnia quæ habent homines
ipsis à Deo sunt benignissimè d
quæ sicut nobis non exprobrat,
neque nos exprobrare debemus,
aliis quicquam pauperibus eroga
rimus. Agnoscere enim debent d
simi quique, se à cœlesti patrefa
liâs dispensatores esse positos bo
rum temporalium, quibus vltra
deratum vsum redundant. In qu
distribuendis tanto se debét præ
humiliores, quanto magis aliena
intelligunt quæ dispensant. Quu
in illorum ministerio, quibus acc
largiuntur, constitutos se esse co
derant, nequaquam materiam su
biendi sibi relictam putant: quin
tius timẽdi, ne sibi commissa ind
distribuant: ne quædá præbeant,
bus nulla impendere debuerãt: ne

la,

la, quibus quædam : ne multa quibus pauca : ne pauca distribuant, quibus multa largiri debuerant: ne præcipitatione, id quod distribuunt, inutiliter spargant, ne distribuendi tarditate petentes crucient.

Quũ das aliquid pauperi in eleemosynam, nõ debes sperare id tibi ab eo reddi: alioqui mutuum esset, non eleemosyna: sed spera id tibi reddendum à Domino, à quo centuplũ accipies, & vitã æternã possidebis. Potes tamen à paupere sperare orationem. Neq; sperans.

DE LVXVRIA.

LVxuria est libidinosæ voluptatis inordinatus appetitus.

Cuius septem sunt species.

Luxuriæ species numero sex dixeris esse:

Si meretrix nec nupta viro violabitur, esto

Fornice deductum : si virgo, dicito Stuprum.

Nupta viro, per Adulterium: c
sanguinitate
Iuncta, per Incœstum: moni
qui violabit
Sacrilegus: præter naturam, fit Se
mita.
Excedensq; modum coniunx
coniuge, peccat.
Fornicatio, est concubitus natu
soluti cum soluta.
Stuprum, quo mulier virgo
matrimonium defloratur.
Adulterium, illicitus concul
quo coniugalis thorus violatur.
Incœstus, quo inter cõsangu
seu affines carnalis fit commistio
que dispensatione matrimoniali.
Sacrilegium, illicitus cõcubitu
sanctimonialis diuino cultui
violatur: aut si sacerdos qui ad
tem sanctificatus est, fornicetur.
Sodomia, qua contra natura
nerea exercentur. Quod pec
est omnium longe grauissimum

ri

riculosissimum: vtpote in quo violatur ordo naturæ, quæ generationem & prolem intendit: in hoc autem sequi non potest.

Excessus coniugalis, quo inter virum & vxorem exceditur secundum solas circunstantias: vtpote ex immoderata concupiscentia: atque etiam tempore, loco, aliisve circunstãtiis indebitis.

Causſæ luxuriæ.

Colloquium, visus muliebris, & oscula, tactus,
Sermóque lasciuus, lasciuáque pagina, potus
Atque cibus nimius, Veneris meditatio, longa
Otia, lasciuique frequens conuictus amici.
Sæpe pudicitiam iuuenum expugnare videntur.
Fornicatio & aliæ luxuriæ species peccata sunt mortalia, sub hoc peccato contenta.

Sub hoc peccato etiam contin
tur omnis consensus in delectati
nem luxuriæ circa obiectum sibi v
titum, siue sit in colloquutione c
mulieribus, in aspectu & tactu imp
dico, osculis & cantionibus imp
cis, aut autorum lectione nimis la
ua, in cogitatione morosa & de
ctabili rerum venerearum: quę o
nia plerunque caussa sunt & prim
menta operationis carnalis. Ideo
etiam de his est confitendum.

METHODVS DETE
stantia luxuriam.

Consídera extremam vilitatem
corruptionem earum mulieru
quæ amantur carnaliter. Gregori
Si caro pulchra concupiscitur, p
setur quid sit exanimis, & intelle
tur quid amatur. Isidorus: Nihi
ad edomandum desiderium car
lium appetituum valet, quàm vt v
quisque id quod viuum diligit, q
le sit mortuū penset. Chrysostom

Qu

Quòd si diligenter consideres, quæ sint quæ intra illam cutem tegantur, quæ intra nares, quæ intra fauces & ventrem: & si quæ tibi formosa videntur, pateant, nihil aliud nisi sepulchrum dealbatum pronuntiabis esse istam corporis pulchritudinem: quæ foris quidem hominibus apparet decora, intus autem plena est sordibus & immunditiis. Tu deinde si in vestimento videas phlegmata vel sputamenta, horrescis, & extremis saltem digitis ea contingere refugis, sed & aspectu retorques: & quomodo cellaria ipsa & horrea phlegmatis diligis, & concupiscis?

Considera quòd quanto magis voluptatibus indulseris, & animum tuum iis volueris explere, tanto minus expleberis & satiaberis. Voluptas enim hæc famem, non satietatem generat. Et amor mulieris ad virum insatiabilis est, semperq; extinctus reaccenditur, & post copiã rursus inops

est, animumque virilem effœmin
& excepta passione quam sustinet,
quid cogitare non sinit.

Considera quòd breuis est vo
ptas fornicationis, & perpetua p
na fornicatoris. Gregorius: Mom
taneum est quod delectat, ætern
verò quod cruciat. O quàm ini
permutatio, pro turpissima breui
inaque vnius horulæ voluptate
hac vita multo dulcius præstanti
que animi gaudium perdere, &
futura gaudiis fraudari perennib
insuper nunquàm finiendos dol
tam breui delectatiuncula mercar

Considera quàm immūda, qu
spurca, quàm quouis homine in
gna sit ea voluptas, quę templum
viuum, id est, corpus humanum q
Christus pretiosissimo suo sangu
sibi consecrauit, indignis modis p
fanat & polluit.

Considera quàm eadem sit m
mentania, quàm insyncera, qu
sem

semper plus aloës quàm mellis habens, quanta mala secum aduehat. In primis famam thesaurum prætiosissimum eripit: nullum enim vitium apud homines peius audit: quàm libido. Vires corporis enaruat, hominis pulchritudinem interimit: valetudinem vehementer offendit, morbos innumerabiles parit, eosque fœdos: iuuentæ florem ante diem deuenustat, immaturam senectutem accelerat, & hominis vitam abbreuiat. Et idcirco qui castitatem obseruant, diutius conseruantur in vita: eunuchi enim diutius viuunt, passeres autem propter nimiam libidinem parum viuunt. Præterea ingenii acumen & perspicitatem obtundit & obnubilat. Cùm enim homini Deus nihil mente præstantius dederit: huic diuino muneri nihil est tam inimicum. quàm voluptas: nec enim libidine dominante temperantiæ locus est, nec in voluptatis regno

ceſſe eſt. Nunquam meretriculæ ſudariolis, annulis, faciolis, odoramentis, aut aliis ſimilibus munuſculis ſatiantur. Ipſa munuſcula, pluſquàm amatores ipſos eorum datores adamant. Cuius rei Prodigus ille Euangelicus exẽplo nobis eſſe poterit.

Conſidera quantam ſcelerum turbam libidinis admiſſa voluptas ſoleat adducere: quæ ipſam, tanquàm vmbra corpus, concomitari ſolent. Eſt aliis vitiis fortaſſe nonnulla cum quibuſdam virtutis ſocietas, libidini autem nulla prorſus: ſed cum maximis plurimisque peccatis ſemper copulata eſt.

Quiſquis es, qui hactenus virginitatem Deo tuo ſeruaſti illibatam: ſcias virginitatem coniugio præmineꝛe, & virgines iam ex hac vita vitam incipere angelicam, & per virginitatem peculiariter ſanctis angelis aſſimilari. In carne enim præter carnem viue-

viuere, est plus angelicum quàm
manum . Differunt quidem int
pudicus homo & angelus, sed fe
tate, non virtute: & huius castita
licior, illius tamen fortior esse co
scitur. Sola est virginitas, quæ in
mortalitatis & loco & tempore
tum quendam immortalis gloriæ
præsentat : sola inter nuptiarum
lennia morem beatæ illius vendic
gionis, in qua neque nubent, ne
nubentur, præbens quodamm
terris cœlestis iam illius conuersa
nis experientiam, per quam in c
datur aureola & certum præmiu
lis virginibus peculiare: de qu
scribitur Apocalipsis .14. Hi s
qui cum mulieribus non sunt c
quinati, virgines enim sunt: h
quuntur agnum quocunque ierit
Imitantur virgines Christum:
sicut hic fuit virgo, ita & illi virg
tatem custodiunt: & quia in præ
ti seculo præ cæteris sequuntur e

ideo in futuro eidem familiarius adhærebunt, & cum Christo in perpetuum præ cunctis fidelibus etiam de incorruptione carnis gaudebunt: ad quorum præmia cæteri electi assurgere non poterunt: tametsi per charitatem in illorum celsitudine læti erunt, iis applaudent, & congratulabuntur.

Cõsidera quàm honesta sit, quàm florida, quàm amœna, & q̃ Deo accepta corporis & animi puritas: quæ hominem sanctis angelis facit valde familiarem, & spiritussancti capacem. Etenim nullum prorsus vitium adeò refugit Dei ille spiritus puritatis amator, quàm luxuriæ immunditiam: nusquam libentius requiescit, quàm in mentibus virgineis. Vnde filius Dei virginitatem adeò dilexit & honorauit, vt non de coniugata corrupta, sed de immaculata virgine Maria nasci voluerit.

Quisquis es peccatorũ carnis conscius

scius, saltem post naufragium r
re metuas, & perditionis tuæ disc
mina cognita perhorrescas: &
accepta naturę bona seruare nolu
integra, saltem scissa resarcias: &
dominum post peccata carnis re
ens, tanto ardentiorem te in bonis
peribus exhibe, quanto ex tuis p
catis damnabiliorem te vides. Fi
nim plerunque (inquit Gregori
Deo gratior amore ardens vita p
culpā, quàm securitate torpens inn
centia. Itaque qui piè post perpe
mala seruatus es, ne cōmittas vt imp
bè repetendo moriaris. fiátque en
nouissimus peior priore.

Si sacerdos es, considera quàm
dignum sit, te ad perpetuam casti
tem sanctificatum eo ipso ore put
dam meretriculæ carnem deoscula
quo sacratissimum illud Christi co
pus & consecras & sumis: iisdem m
nibus abominandas contrectare so
des, quibus astantibus angelis virg
ne

neas illas Christi carnes contrectas. Quàm absurdum in receptione tanti sacramenti, idem corpus eundemque spiritum cum Deo velle fieri : & per fornicationem vnum fieri corpus cũ meretrice . Profectò si fidem rectam haberes, aut peccare timeres, aut celebrare cessares.

METHODVS VITANdi luxuriam.

QVoniam inter omnia Christianorum certamina, sola dura sunt prælia castitatis, vbi quotidiana est pugna, & rara victoria : scitque hostis antiquus maius continentiæ quàm nummorum esse certamen: facile enim abiicitur quod hæret extrinsecus : intestinum autem bellum periculosius est, difficilliusque euitari potest hostis familiaris, id est, carnalis concupiscentia, quæ habitat non procul, sed prope, nõ extra, sed intra, nam virtus eius in lumbis eius, & fortitudo illius in vmbilico ventris eius;

eius. Idcirco ad domandam &
ſtringendam hanc carnalem con
piſcentam, maxima tibi opus eſt
gentia. Et licet inimicus in te p
excitare tentationis motum: tame
te eſt dare aut negare conſenſum
te eſt vinci velis, necne: in hac pu
non deiicieris inuitus. Sub te e
homo) appetitus tuus, & tu domi
beris illius, in tua poteſtate eſt
volueris) inimicum tuum facere
uum tuum, vt omnia cooperentu
bi in bonum, tu ſolummodo ne c
ſenſeris: quoties reſtiteris, toties co
naberis.

In primis tentationum viril
reſiſte principiis. Neque enim cu
prodire ad opus permittitur, ſi
tus vbi naſcitur extinguatur: qu
ſi in principio viriliter non reſi
tur, ſtatim tentatio conualeſcit
roboratur: & ſæpe intantum,
nunquàm extingui poſsit aut c
tè cum magna difficultate: quia

ait Gregorius) ex quo luxuria semel mentem alicuius occupauerit, vix eum bona cogitare permittit. Itaque principiis tentationum viriliter resistendum est, turpes Venereasque cogitationes expellendo: quia sicut ligna ignem nutriunt, sic cogitationes desideria pascunt: quæ si fuerint bonæ exardescit ignis charitatis: si verò malæ, ignis cupiditatis. Itaque tentatus, tentationis tempore debet Deum inuocare, & sanctorum suffragia, & dicere deuotè: Pater de cœlis Deus, miserere nobis, &c. aut alias similes preces.

Omnes sensus corporis & præcipuè visum & auditũ, diligenter custodi à vanitatibus, & mulierũ aspectu aut auditu. Nam plerunq; res quælibet innocenti mente respicitur: sed ipso conspectu animus concupiscentiæ gladio confoditur. Igitur quoniam vanus mulierum aspectus aut inclinat, aut saltem mollescere facit corda intuen-

tuentium: ideò iuxta Ecclesiastici pr
ceptum: Noli circunspicere in loc
ciuitatis, nec obseruaueris in plat
is illius: auerte faciem tuam à muli
re compta, ne circunspicias speciem
alienam.

Cum muliere caue solus manea
Chrysostomus: Tunc maximè di
bolus aliquos aggreditur, & graui
tentat cùm solos viderit, atque ab al
segregatos: quia vbi non timet
reprehensor, facilius accedit tentato
Hieronymus: Solus cum sola in se
creto & absque arbitris (id est, rest
bus) ne sedeas vnquàm: quia omn
mala solitudo persuadet. Nec in pra
terita castitate confidas, quasi diu c
stè vixeris: inde enim senes exars
runt in concupiscentia Susannæ, qu
videbant eam sæpius solam deambu
lantem in pomario viri sui.

Fuge mulierum consortia: qu
aspectus earum, corda virorum intu
tium inficit, auditus earum allicit, l
que

quela inflammat & tactus inquinat: denique à planta pedis vsque ad verticem non est locus in mulieribus, in quo non sit positus laqueus ad capiendum oculos virorum. Gregorius: Qui corpus suum continentiæ dedicat, habitare cum fœminis non præsumat: nam quandiu calor viuit in corpore, nemo præsumat ignem concupiscentiæ in se penitus extinctum esse. Bernardus: Cum fœmina semper esse, & fœminam non cognoscere, hoc ego maius reputo, quàm mortuos suscitare: qui ergo quod minus est non potes, quod maius est quomodo credam tibi? Itaque in tentatione carnis oportet fugere locũ & homines, quibus ipsa suggeritur tẽtatio.

Simliter fuge dona, literas & salutationes mulierum: quia viscus sunt ad retinendum carnalem amorem, & reflatus ad excitandum libidinis ardorem iam in parte extinctum. Quòd si pudicam & sanctam diligis

fœminam, quam bene videris conuersantem, mente eam diligas, nec eam corporali frequentes actu, memor quòd paradisi colonum mulier de possessione sua eiecit.

Occupa cor tuum in scripturis diuinis, sanctis meditationibus, & bonis operibus corporis. Quia otiosæ menti (inquit Bernardus) maligni spiritus malas cogitationes inimittunt: & si quiescit opere, non quiescit malarum cogitationum delectatione. Isidorus: Semper aliquid operis fac, vt semper te diabolus inueniat occupatum: quia nisi nos inuenerit in aliquibus bonis operibus occupatos, ipse nos in malis occupabit operibus, cupiditatis scilicet vel mali amoris.

Nunquàm verbum inhonestum audias: aut si audiueris, irascaris. Facile enim agitur, quod libenter auditur: & perditæ mentes hominum vno frequenter leuique sermone tentant claustra pudicitiæ.

Verbum

Verbum inhonestum caue ex ore tuo effluat: quia corrumpunt bonos mores alloquia praua. Et vanus sermo citò polluit mentem: & quod libenter dicitur, libentius agitur. Mores hominis lingua pandit: & qualis sermo ostenditur, talis animus approbatur: quoniam ex abundantia cordis os loquitur.

Tibi à cibo & potu tempera. Pudicitia enim tuta esse non potest, nisi per abstinentiam: quia dum satietate venter extenditur, aculei libidinis excitantur: & venter mero æstuans facile despumat in libidinem, difficileq; est carniuoraces carni frenum imponere.

Fuge omnem occasionem. Augustinus: Contra libidinis impetum apprehẽde fugam, si vis obtinere victoriam: nec sit tibi verecundum fugere, si castitatis palmã desideras obtinere.

Cum voluptatis carnalis tibi obrepet tentatio, imaginare in corde

tuo, ac si eam habueris voluptatem, & ea satiatus sis, & hora præterierit. Quia voluptas est quasi somnium noctis transactæ, imò etiam contemptibilior: quia dolentem facit conscientiam perpetrata voluptas, cuitata verò lætam & securam.

In omni tentatione. maximè verò cum ad libidinem solicitaris, proponito tibi ante oculos tuos angelum tui custodem, & accusatorem tuum dæmonem, omnium quę vel facis vel cogitas assiduos spectatores ac testes: ipsum etiam iudicem Deum criminis tui inspectorem, cuius oculis omnia patent: & rem adeò fœdam, vt homuncione præsente eá facere pudeat, nó vereberis facere coram angelo tui custode, accusatore tuo dæmone, & Deo eius futuro iudice?

Aliorum exemplis temet reprime quos cognoueris turpiter & infeliciter voluptatem hanc esse secutos.

Quando impulsu dæmonum mẽs

ad de-

ad delectationem fornicationis impellitur, diuini iudicij metus & æterna tormenta incēdij ante oculos proponantur: quia nimirum omnis pœna grauioris supplicij formidine superatur. Sicut enim clauus clauū expellit, ita sæpe recordatio ardoris gehennę, ardorem excludit luxuriæ.

DE CASTITATE.

CAstitas, est continentia à Venereis.

Ea triplex est.

Virginalis. Vidualis. Coniugalis.

Bernardus: Bona est castitas coniugalis, melior est continentia vidualis, sed optima pudicitia virginalis. Quanto angelus homine est superior, tanto virginitas nuptiis est honorabilior: abstinentia à nuptiis angelorum est imitatio.

DE INVIDIA.

INuidia, est tristitia de alieno bono.

Cuius duę sunt species.

Inuidus aduersis gaudet, mœstusque secundis.

Rami quinque.

Detrahit, est discors, murmurat, odit, obest.

Peccant per inuidiam

Gaudium mali. Qui ex odio de alterius incommodo, calamitate, aduersitate, afflictione, damno, morte, aut mala valetudine lætantur: aut ex maleuolentia dicunt eosdem ea mala meruisse aut etiam multo maiora.

Qui non gaudent de bono alterius, aut non dolent de malo alterius. Est enim contra charitatem proximi, quem tenentur diligere sicut seipsos: cum nemo de proprio bono nó gaudeat, & de proprio malo non doleat.

Qui alteri malevolunt, aut malè precantur.

Dolor boni. Qui dolent & ægrè ferunt, quòd alij sint diuites, docti, bene famati, pulchri, deuoti, aliis chari, sapientes, bene morari:

morari: & si fieri posset vt inuidi vbique oculos haberent & omnium felicitates viderent, certè de omnibus successibus torquentur.

Qui ad inuidiam tanto magis inflammantur, quanto felicius alteri succedit.

Qui dolent, quòd in aliis nihil inueniri potest reprehensione dignum. Gregorius: Antiquus hostis vnde bonos cernit enitescere ad gloriam inde peruersos per inuidiã rapit ad pœnã.

Peccant ex inuidia

Qui clàm aut palàm, manifestè aut latenter, alteri falsum crimen maleuolè intendunt. Detractio

Qui peccata aliorum verbis suis adaugent & aggrauant.

Qui aliorum vitia aut peccata nõ omnibus nota, sine necessitate sufficienti & sine magna causa diuulgant & manifestant.

Qui aliorum bene dicta aut facta in peiorem partem interpretantur,

& de aliis malè iudicant.

Qui negant virtutes aliquas aliis ineſſe, cum tamen ſciant eos iis eſſe virtutibus præditos.

Qui maleuolè aliorum virtutes reticent.

Qui delatoribus libenter arrigunt aures.

Diſcordia. Qui ex odio & inuidia nolunt ſibi reconciliare proximum iratum.

Qui inter amicos inimicitias conciliant: cuiuſmodi homines dum vnã nequitiam perpetrant, ab humanis cordibus cunctas ſimul virtutes eradicãt: & in vno malo innumera peragunt, dum mutuam inter aliquos diuellunt charitatem.

Qui apud aliquem deferunt alterius nomen, vt ille odio habeatur, cùm homini Chriſtiano parum eſſe deberet, inimicitias aliorum non excitare vel augere malè loquendo, niſi etiam eas extinguere ſtuderet, bene loquendo.

Qui

Qui murmurant contra Deum, ꝙ alios vident aliqua in re beatiores. Murmuratio.

Qui ex inuidia existimant bona esse in alios immeritò collata, & ꝙ ij sint iis indigni.

Qui aliorum laudes non libenter audiunt, sed laudatoribus contradicunt.

Qui oderunt aliquem, quòd aliqua in re beatior sit. Odium.

Qui cum aliquo inimicitias gerunt, & in suis animis odium intestinum fouent.

Qui odij causa atque inuidię alteri damnum inferunt, aut alieni damni sunt causa. Damnif.

Methodus detestandi inuidiam.

COnsidera quòd omnes sumus fratres naturales: quibus vnus fuit pater Adam, vna mater Heua. Fratres etiam spirituales, quibus vnus est pater Deus: vna mater, sancta Ecclesia: vnus communis omniũ frater,

Iesus Christus Dei filius. Præterea ad idem creati sumus: nempè vt aliquando paternam hæreditatem (id est cœleste regnũ) vnà possideamus, vnà ibidem æternum cohabitemus, collætemur, cõgratulemur, & quæ erunt singulorum bona, per charitatem omnium fiant. Quòd si fratres sumus in Domino, cohæredes in Christo, eiusdem corporis (id est Ecclesiæ) membra, eodem redempti sanguine, fidei communes socij, ad eandem gratiam & felicitatem futuræ vitæ vocati: cõgruum certè est fratrem fratri bene velle, bene precari, bene facere: tantũ abest, vt in aduersis eius gaudeat, & in secundis doleat.

Considera quòd in cœlis quanto maior est felicitas & gloria in proximo, tanto magis ibi positus inuidus de ea apud se cruciaretur & affligeretur: sed quia illa maxima erit, ideò de ea in inuido maximus esset dolor. Eã ob rem in cœlis à Deo non cõstituetur, sed

tur, sed in inferno vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat, luctusque & stridor dentium, & omnigena in proximo calamitas, quam eidem ibi permanenti inuidere non poterit, quia in eadem damnatione erit.

Considera, quòd inuidi similes sunt dæmonibus, qui ex hominũ benefactis dolore affici solent, & superna cœlestiaque hominibus inuidere: non vt sibiipsis ea cedant, quæ irreparabiliter amiserunt, sed ne pauperes homines de puluere suscitati illuc ascendãt, vnde ipsi in gloria creati irreparabiliter ceciderunt. Haud secus inuidi virtutem aliis inuidere solent, non quòd ad eam acquirendam incumbere velint: sed quia vellent omnes esse æquè miseros ac ipsi sunt, & in nullo beatiores.

Considera, quòd si alter non haberet ea bona quæ ipsi inuides, nihilominus ea tu non haberes: quæ si habet citra tuum damnum, nihil est

cur

cur torquearis de eius felicitate.

Considera, quòd omnium bonorum operum proximi tui tu es particeps, si modò sis in gratia. & quanto magis meretur, tanto magis ipse animæ tuæ prodest. Ea re nó est cur eius virtuti inuideas: sed potius est cur ei congratuleris, imò potius tibiipsi, qui eorum bonorum operum particeps es.

Considera, quantæ sit infelicitatis & miseriæ, vt dum proximus melior redditur, tu deterior fias: dumque augmenta alienæ prosperitatis inspicis, apud temetipsum anxius afflicti tui cordis peste moriaris: & dum conspecta felicitas affligit, pœna tua te nequiorem reddit. Quòd si aliorum bona diligeres, quæ habere non potes, ea tua amantis fierent, quæ in aliis amares, & alieni laboris opera sine tuo labore tua faceres.

Considera, quòd inuidia cor vrit, corpus exiccat, mentem iugiter soli-

cita

citat: nec homini bene esse permittit, aut iucundè viuere. Est enim sicut vermis natus de ligno, qui lignum de quo egreditur, primum incipit rodere. Sic inuidia quæ nascitur ex hominis corde, primum quod affligit & lædit, est cor de quo nascitur. Postquam autem inuidię putredo cor hominis inuidi corruperit, ipsa etiam liuida facies ostendit, q̃ grauiter inuidiæ væsania animũ eius instigauerit. Iustius inuidia nihil est: quia protinus ipsum

Autorem lædit, cor cruciatq̃; suum.

Considera quàm sit contrarium charitati (quæ Deus est) & bono cõmuni (quod Dei largitas omnibus communiter largitur) aliorum bonis inuidere, & eos odisse, quos Deus creauit, sanguine suo redemit, & diligit, & de quibus spes est, vt ad vitam æternam perueniant: qui forsitan saluabuntur, & tu damnaberis: cum Deo in ęternum gaudebunt in cœlis,

& tu

& tu forsitan cum dæmonibus æ
num cruciaberis in inferis.

Methodus vitandi inuidiam.

AMplectere humilitatem, fuge
trem inuidiæ superbiam. Su
bus enim, qui non solum supe
rem, sed ne parem quidem pati po
iis facillime inuidet, quos aliqua
beatiores viderit: hoc timens, ne
videri possit inferior.

Nihil amaueris vel concup
eorum, quæ mundus habet & a
vt sunt honores, diuitiæ, volupt
Expete tantum cœlestem hæred
tem & bona spiritualia, quæ num
cohæredum non angustat, quæ &
mnibus vna & singulis tota sunt:
tanto largiora ëſſe ostenduntur, c
to ad hæc percipientium multi
magis dilatatur. Temporalia au
tanto fiunt minora singulis, qu
pluribus fuerint diuisa: & ido
desiderantis mentem liuor excru

quia hoc quod appetit, alter accipiens aut funditus adimit, aut à quantitate restringit. Difficile nanque est, vt hoc alteri non inuideat, quod adipisci exoptat.

Dum animum tuum inuidiæ titillabit tentatio, eam hac ratione commodissimè vincens: si Deum rogaueris, vt ei bene sit, cui vt inuideres, prius solicitabat tentatio: sique ei charitatis obsequia exhubere statuas.

Neminem prorsus oderis: amicos tuos in Deo diliges, & inimicos tuos propter Deum. Qui te adhuc sibi inimicum, sic dilexit prior, vt animã suam pro te redimendo poneret. Vnde & per semetipsum dicit: Diligite inimicos vestros, benefacite iis qui oderunt vos.

Iniquum hominẽ non magis oderis, q̃ fidelis medicus odit ægrotum: eius vitio tantum sis inimicus. Gregorius: Inimicos Dei perfecto odio odisse,

odisse, & quòd facti sunt diliger
quod faciunt increpare : mores
uorum præmere, vitæ prodesse.

Quod ab alio tibi non vis
vide ne tu alteri id facias: sed qu
vt faciant tibi homines, ita & t
illis. Per illud malitia comp
tur: vt malum quod pati non vis
teri non faciens, cesses à noceno
pere. Per hoc benignitas præcip
vt bonum quod tibi ab alio fier
petis, alteri impendens, erga vtilit
proximi te exerceas ex benigni
Caue autem sic tecum cogitau
Quid mihi rei cum isto? ignotus
alienus est, nihil vnquam de me
meritus est, læsit aliquãdo, nunq
profuit. Tantum memineris, quo
rito tanta tibi præstiterit Chri
qui suam in se beneficentiam no
se (bonorum enim tuorum non i
get) sed in proximo tuo rependi
luit. Tantum vide, quibus ille eg
& quid tu possis.

I

In secundis & aduersis aliorum aliter non te geras, quàm si tibiipsi accidissent. Si aliis secunda euenerint: perinde atque si tibiipsi euenissent, eorum gratulare felicitati. Si aduersa: flebis cum flentibus, memor idem tibi posse contingere quod & ipsis. In vna enim ecclesia, tanquam in vno corpore, membra ita simul gaudere, simul mœrere, & se mutuo iuuare debent, vt quicquid vni acciderit, omnibus acciderit.

Breuiter hæc proximi tota dilectio, vt bonum quod tibi conferri vis, velis & proximo: & malum quod tibi inferri non vis, nolis & proximo: & omnium profectus, tuos esse credas: & de peccatis aliarum, tanquam de propriis misericorditer lugeas.

DE CHARITATE.

CHaritas est dilectio, qua diligitur Deus propter se, & proximus propter Deum. Charitas Dei & proximi,

ximi, propria est & specialis
piorum atq; sanctorum, quũ c
virtutes & bonis & malis possi
cómunes: sine qua nullum b
adest, imò in vanum & frustra
tur cætera bona saltem quantum
lutem æternam consequendam:
tem ad, sit habentur cætera bon
chim multi arboris rami ex vna
ce prodeunt, sic multæ virtutes
charitate generátur. Nec habet a
viroris ramus boni operis, nisi
uerit è radice charitatis. De qua
us in epitome præceptorum dic

EFFECTVS CHA-
ritatis. dilect

Chara Dei fratrisque sui, dele
gaudet:
Fructibus alterius patiens que,
gnaque, nulli
AEmula, nil praue faciens, non
bitiosa,
Non inflata, procaxue, nõ inuid
sua quærens:

Congaudens vero, prauum non cogitat, imò
Omnia fert, credit, sperat, non excidit vnquam:
Crimina cuncta operit, virtutes perficit omnes.

DE GVLA.

GVla est vorax edacitas, naturæ finibus non contenta.

Cuius octo sunt species.

Præ, cupidè, crebrò, lautè nimis, & studiosè
Sumo cibos, delector eis, vetitis quoque vescor.

Peccant per gulam

Præ. Qui comedunt contra consuetudinem vel constitutionem sanctæ Ecclesiæ, ante horam debitam, præsertim in ieiunio, aut primo mane ante dictas precationes sibi iniunctas, aut diebus festis ante auditum sacrum.

Cupidè. Qui nimis auidè edunt, & cibos non satis mansos præ voracitate deglutiunt.

Crebro. Qui sæpius edunt quàm debea
aut quàm natura patiatur.

Qui absque excusatione suff
enti, ieiunia ab ecclesia indicta n
obseruant.

Qui delicatos cibos aut potus
apparari curant, supra statum & fa
tates, aut plus quàm deceat.

Qui cibis appositis non cont
ti, lautius epulari vellent, si poss
ea sola caussa, vt suis voluptatibus
fruerentur.

Qui vt suæ voluptati tantum
dulgeant, vinum merum aut non
tis aqua dilutum bibunt, in pernic
corporis & animi.

Nimis. Qui nimio cibo se ingurgitãt,
vino profusiore se obruunt. Vnde
quitur cruditas, ebrietas, & alia m
de quibus mox dicemus.

Studioso. Qui diuersitatem ciborum exc
runt, varietatem saporum affectan
mium exquisitas & studiose app
tas epulas appetunt.

Qui contemnũt ſufficientiã, & ſuperfluitatẽ deſiderant, & in variis ferculis & lautis cibariis ſuũ ponũt deſiderium, relicto diuinorũ cogitatu, & eorum ad quæ facienda obſtricti ſunt.

Qui in cibis voluptatem nimiam capiunt, & ventrem quaſi Deum ſuum conſtituunt. Nimia delectatio.

Qui edunt nociua, aut ſibi nocere ſolita: ſiue in anima, vt Adam & Heua: ſiue in corpore, vt qui contra fidelium medicorum mandata aliquid comedunt. Eſus vetitorum.

Qui carnes comedunt aut lactaria, iis diebus quibus ab iis abſtinendum ſanxit eccleſia.

Filiæ gulæ.

Senſus hebes, crudum corpus, ſcurrile, proteruum.

Lingua loquax, ſomnus, nauſea, fœda venus.

Peccant ex gula

Qui præ crapula, ita mentis oculorum & aliorum ſenſuum acumen betudo. Senſus hebes.

subuertunt & hebetant, vt à come
tio nenec orare, nec aliud opus
diosum debitũ facere possint. Pin
enim vẽter non gignit sensum te

Cruditas. Qui ex nimia crapula in lang
rem aut morbum incidunt.

Scurrilitas. Qui impudenti corporis & m
brorum gestu, incompositaq; ge
latione alios ad risum prouocant.

Proteruia. Qui ex crapula à mente alien
scuntur, minantur, lædunt, aut tu
ra multo designant.

Loquacitas. Qui cibo & potu onerati, inc
siderate & temere loquuntur, e
mũtq; detractiones, turpia verba
blasphemias.

Sommolentia. Qui ex nimia cibi & potus ing
uiè, naturam ita corrumpunt & su
cant, vt somno profusiore sit opu
exhalandam crapulam.

Nausea. Vomus. Qui ex gulæ vitio nauseant, si
tiunt, ructant, fœtidum anhelitu
bent, aut in libidinosam immune
am labuntur.

METHODVS DETE-
standi gulam.

COnsidera, quòd per peccatum gulæ mors intrauit in omne genus humanum: vnde ea tibi prima pugna est quam te oportet deuincere, & quanto minus superata fuerit, tanto validiora sunt cætera vitia contra te, & tu debilior contra ea. Gulam nisi prius restrinxeris, cætera vitia restringere non poteris: à gula tibi inchoandum est, si cætera vitia velis superare: illa nisi prius refrenetur, frustrà contra alia vitia laboratur. Tunc enim hostes qui extra nos sunt, à nobis fortius superantur, quando prius quæ intra nos sunt vitia, extinguuntur. Frustra foris agit bellum, qui intus habet periculum. Vnde & saluatorem nostrum diabolus primum de gula tentauit, quasi à ianua aliorum vitiorum.

Considera Christi singularem abstinentiam qui in desertum veniens,

ieiunauit quadraginta diebus & q
draginta noctibus, nihil interim
ducans : vt per ieiunium carnem
nocentem pro nobis macerare t,
emplumque fidelibus daret sese
rendi deo per ieiunium. Qui qui
postea esurit. Si ille qui dat e
omni carni, & per quem ne vo
lia quidem cœli esuriunt, pro t
iunans esuriit, quanto magis p
ieiunare deberes? Qualis Chri
nus es, qui Christo esuriente tu
pularis? & pro salute tua famen
stinente, tu pro peccatis tuis ieiu
recusas?

Considera quàm amaro potu
regum & dominus dominantium
sus Christus, à crudelissimis Iu
potatus fuerit in cruce: dum pro
nimium laborem & sanguinis in
tium animarum nostrarum effu
manationem, intus deficcatus,
factus, & adustus totus, supramo
sitiret. In qua vehementissima
ace

acetum cum felle mixtum in ſpongia arũdini ſuperimpoſita crudeliſsimi Iudæi domino Deo noſtro porrexerũt. O quàm amarum poculum, in quali vaſculo ei propinatum eſt, qui dat terræ pluuiam, eamq̃ue germinare facit? Si ad mentem reduceres ô Chriſtiane, acetum cum felle mixtum Chriſto propinatum, in cibo & potu quantumcunque vili ſaporem inuenires: propter Chriſtum felle & aceto potatum, ſenſualitati tuæ reſiſteres. Qualiter tollis crucem tuam, & Chriſtum ſequeris: quum is felle & aceto in cruce pro te potatus fuerit, gulæ autem tuæ pretioſa vina & magnifici ciborum apparatus non ſatisfacium? Non eſt cibus adeò aridus (inquit Bernardus) qui non efficiatur ſapidus, ſi illius aceti quod propinatum eſt, condimento fuerit temperatus.

Conſidera, quòd apoſtolos ſuos quos tenerrimè diligebat, in præſentia

ſua ſpicas auellere, & manibus fri
re permittebat Chriſtus, & tali
bulo more animalium ſuſtentari: c
miraculoſè potuiſſet ipſis cibos cr
re, aut iam creatos multiplicare:
tamen exemplum abſtinentiæ no
relinquens, eos voluit in abſtine
exercere, vt eorum exemplo pomp
mundi contemnendā oſtenderet, ſ
ptuoſa cibaria & ſaporoſa à nobis
ceret, & gulæ voracitatem eius
inſatiabilem appetitum in nobis e
cuaret:

Conſidera multorum ſanctor
abſtinentiam, qui in eremum profe
carnem ſuam propter Chriſtum cr
cifixerunt cū paſsionibus & conc
piſcentiis.

Conſidera, ꝙ multi pauperes p
nem & aquam ſibi ad delicias rep
tant, nec tamē ea ad ſatietatem hab
re poſſunt: & tunc videbis, q̄ ben
gnus erga te fuerit is, qui pro te eſ
riit, & aceto mixto cum felle potat

e

est: q̃d ad hæc aliquid tibi adiecerit.

Considera, quàm indignum sit & nefarium, illud idem os (quo sacratissimum Christi corpus frpe, aut saltem semel in anno sumis) instrumentum fieri gulæ, detractionis blasphemiæ, & aliorũ plurium peccatorũ: vt eodem ostio & vitam aliquando introducas, & multo sæpius mortem: eodemq; quotidie voluptuosus cibos & fœdissimas crapulas auidius deuores, quàm pretiosissimum illum angelorum panem aliquando sumas: & quod ad benedicendum domino tibi datum est, in nequitiæ & omnis peccati instrumentum conuertas, & in obstaculum peruentionis ad patriam, quod tibi datum est ad acquirendam æternam gloriam.

Considera quòd voluptas linguæ vix duorum habet latitudinem digitorum: & huic tam modicæ partu, tam breui delectationi, aër, terra, mare, vix sufficiunt? Hinc pauperes

res ſpoliantur, & rapinæ fiunt,
fames pauperum tranſeat in de
cias tam modicæ vnius homun
particulæ. Quàm miſerum vt n
mentanea tam modicæ particulæ
lectatiuncula, & animam & co
pus etiam ipſum à cœleſti gloria
ceat, & in æternam miſeriam det
dat.

Conſidera quòd dum vis ſal
re corpus, nec committere, vt vll
egeat, tunc temporis ipſum in ext
mam inopiam & egeſtatem det
dis: quia & ipſum & eius anim
in æternam deducis damnation
vbi egeſtas & inopia omnium reru
præterquàm miſeriarum. Næ tu
mo es iudicii valde præpoſteri,
corpus quod vermes in ſepulc
mox deuoraturi ſunt, cibis delic
impinguas: animam verò tuam
nis operibus impinguare renuis,
ad Dei tribunal mox præſentab
iudicanda, quam ſi hic bonorũ o

sum fructu non impinguaueris: quantumcunque pinguis sit venter, ea mittetur in gehennam ignis. Qua hic neglecta, ne corpus quidem saluare poterit: non tamen anima pro corpore, sed corpus pro anima factum est. Qui quod primũ est negligis, quod posterius est extollis: vtrunque corrumpis, & tuo te iugulas gladio. Quia carnem (quæ tibi in adiutorium data est, vt ea vtaris ad omne opus bonum) tibi in ruinam & laqueum conuertis. Si verò ordinem seruaueris, curaueriśque quod primum est, etiam si negligas quod est secundum, per primi salutem saluabis & secundum. Quia si post mortem tuam anima tua beata sit, in finali iudicio corpus tuum ipsi tursus copulatum, resurget glorioſum. Si autem damnata erit anima tua (quod omen auerrat deus) corpus tuum miserrimæ animæ suę infelici vinculo rursus colligatum, ipsi in tormentis pœnalibus

socia-

sociabitur vt quæ hic socia fuerun
vitiis, ibi etiam sint socia in torm

Considera quàm citò gulæ d
statio pertransit, quàm breuiter
rat, & quod transacta sic est quasi
quam fuerit, & relinquit post se
stigia remordentis conscientiæ, p
nitudinis, confusionis, & timorem
ternæ damnationis sibi debitæ: &
morte de temporariis gaudiis in
lores pœnasq; æternas animam
ducit. Breue enim est quod delec
æternum autem quod cruciat: vo
ptas modica, pœna autem infinita
cut vicissim resistẽdo tentationi, p
sio modica, gloria perpetua. Greg
us: Vnde caro ad tempus suauiter
uit, inde spiritus in æternum cru
tur: & quo plus caro punitur in
vita, tanto plus gaudebit in futura

Considera, quòd qui in huius
culi prandio siliquis porcorum se
turauerint, & ad patriam tendẽtes
bulum pro domo dilexerint, ad c

lest

lestem cœnam non peruenient vnquam: sed ij tantum qui in huius seculi prandio à voluptatibus abstinuerint, & æternæ cœnæ se reseruauerint. Nemo enim potest & hic cum mundo & illic cum Christo gaudere, præsentibus & futuris bonis frui: vt hic ventrem, illic mentem impleat: vt de deliciis ad delicias transeat. Nam qui temporalia maluerit, carebit æternis: qui corporalia præposuerit, priuabitur spiritualibus: qui terrena prætulerit, cœlesti non habebit. Vnde Lazarus qui receperat malum in vita sua, deportatus est ab angelis in sinum Abrahæ. Diues autem ille epulo, purpuratus, pinguis & nitidus, qui epulabatur quotidie splendidè, mortuus & sepultus, in infernum est detrusus. Idem enim non habent præmium, fames & ingluuies, voluptas & continentia: quia in morte, miseriæ deliciis, & deliciæ miseriis commutantur.

Con-

Consídera quanto satius est, ſ
perfluos cibos & potus pauperi
erogando tibi in æternam retribut
nem reſeruare, quàm in animi & c
poris perniciem ad breue tempu
ſaginari, & poſtea non ſolum eos
dere, ſed cum iis etiam corpus & a
mam. Opiparè ſuperioribus ànn
epulatus, quid ex tantis ciborum
titiis tibi ſupereſt? nimirum nihil,
ſi fortè conſcientiæ infeſtiſsimus
remorſus. Profectò quod accep
ſcilicet crapulando, illud non ha
quod autem non accepiſti, ſed p
peribus erogaſti, illud habes & in
leſti patria tua tibi reſeruatum.

Conſidera, quòd in morte
to viliora fœtidioráque ſunt ca
uera, quanto dèlicatius in crapul
voluptatibus fuerint enutrita. N
caro quæ nunc delicatis cibis
tur, paulò poſt ſcaturire vermibu
gnoſcetur: & in ſepulchro eo
delectabilior eſca vermium, quò

d

delectabilius saginata fuerit abundantia ferculorum: & quanto nunc sibi apparari curat suauiorem ciborum mollitiem, putrefacta tanto grauiorem exhalabit fœtorem. Idque adeò vt qui (dum ea viueret) eius aspectu & consortio gratius nil habebant, ea mortua nil fœtidius, nil vilius, nil horribilius inueniant, eiusque aspectũ & consortium perhorrescant.

Considera quòd lauti & delicati sibi corpori militant, non spiritui: iis anima non saginatur, sed caro: & palatum quidem irritant, sed libidinem excitant. Ambrosius: Fames amica virginitati est, inimica lasciuiæ: saturitas verò castitatem prodigit, nutrit illecebram.

Considera, quanta mala gulam comitantur. In primis nimia, inordinata, & nimis festinata comestio lædit naturam, & minus nutrit: quanto magis venter reficitur, tanto amplius rationis intellectus, & mentis acies de-

struitur & obtunditur: quia pìng
venter non gignit sensum tenuc
Diminuit etiam oculorum persp
citatem, multos languores & mor
parit, & plerunque mortem hor
accersit: plures enim occidit g
quàm gladius.

Methodus vitandi gulam.

QVoniam dum necessitas
sibi debitum quærit, volu
sub ea latitans suum expleri des
rium appetit: tantoq; facilius illa
minibus obrepit, quanto honest
necessitatis nomine se contegit.
circo magna opus est cautione &
dentia, ad domandam & refren
dam illam voluptatis ingluuiem
sub rationis dominio continenc
Quòd si vis vt caro tua anima
& rationi seruiat & subiecta sit: s
anima tua Deo seruiat, eidemqu
o subiecta sit. Omnino neces
ani

animam à Deo regi, vt corpus posſit regere. Quandoquidem sic à Deo mirabiliter cõditi sumus, vt rationi dominetur Deus, ratio animæ, anima corpori. Verùm animæ dominio se subiicere corpus renuit, nisi illa rationis prius sese subiecerit imperio, & ratio sese conformauerit Deo.

Cum mentem tuam gulæ titillabit tentatio, imaginare in animo tuo, ac si eam habueris delicati cibi & potus delectatiunculam, & ea satiatus sis, & hora præterierit: quia palati, linguæ, & gutturis voluptas est quasi somnium noctis transactæ, imò contemptibilor & fœdior, quia dolentem relinquit conscientiam præterita ea voluptas: euitata verò lætam & securam. Modicus & temperatus cibus, & carni & animæ vtilis est.

Multo melius est quotidie parum quàm raro nimium sumere. Parcus cibus & semper venter esuriens, triduantis ieiuniis præferatur. Pluuia

enim illa optima est, quæ sensim
scendit in terras: subitus & nimiu
ber, in præceps arua subuertit.

Quando comedis, cogita q
ventri obtemperandum non est
quòd statim tibi sit studendum
gendum, aut aliud quidpiam bo
peris peragendum, ad quod stare
potes onerato ventre. Itaque in
ctis cibis & potibus considerabis
quæ voluptas, sed quæ requiri
cessitas.

Fames modo & mensura vi
da est. Nam Galenum perhiben
nos centum & viginti vixisse, qu
mensa nunquam satur abierit. N
tamen hic exigimus, vt teipsum
conficias: sed ne supra quàm vsu
tæ postulat, implacabili voracitat
uias. Asinus enim (id est corpu
um) indiget pabulo ne deficiat
onere (id est exercitatione & a
nentia) ne lasciuiat. Bernardus:
nem oportet restringere, non e

g

guere, reprimere, non opprimere: vt seruiat, & non sæuiat: vt ancilletur, & non dominetur.

Non plus ieiuniorum tibi imponas, quàm ferre possis. Sint tibi ieiunia pura, casta, simplicia, moderata, & non superstitiosa.

Vini saturitatem æquè ac cicutam fuge, ne venter æstuans vino in quo est luxuria, vsque ad titillationem luxuriæ pertingat, & iuuenile corpus sua sponte ad vehementiam procliue, ad insaniam adigat. Vini autem ardorem immixta aqua temperabis.

Cibis parabilibus & vulgaribus contentus esto. Nam quid adolescenti, cuius stomachus natura expeditus est ad digestionem, cum perdicibus, ferinis, capis, & id genus lautitiis, quas stomacho iam segni & corpori semimortuo necessitas ipsa vtendas reponit? Nam fouendi senij quæ spes erit, si iuuentus per intemperantiam ea fastidiosa fecerit, quæ languentem

Roma-

stomachum reficere deberent.

DE ABSTINENTIA.

ABstinentia est à cibo & potu
sola corporis castigatione ce
tio. Deus homini ad esum multa
na creauit: sed ne mensuram ede
excederet, abstinentiam impera
qua omnes carnales cupiditates &
mnia vitia extirparentur, sicut vi
sim omnes animæ virtutes gulæ v
destruuntur. Abstineat (inquit A
gustinus) à multis licitis, qui pe
bertatem arbitrij multa commisit
cita. Et qui per illicita (inquit G
gorius) defluendo cecidimus, et
à licitis nosmetipsos restringendo
gamus. Pro eo enim (inquit Ber
dus) quod ab ipsis quoque licitis
stinemus: ea nobis, quæ prius co
misimus illicita, condonantur. Q
verò est condonari commissa, nis
iunio breui ieiunia redimi sempt

na? Gehennam enim meruimus, vbi nullus vnquam cibus est, consolatio nulla, terminus nullus, vbi guttam aquæ diues postulat, & accipere non meretur. Bona ergo est & salutaris abstinentia, per quam redimuntur æterna supplicia, dum remittuntur, hoc modo peccata. Itaque quoniam eiecit nos cibus de paradiso, illuc nos reducat esuries. Incassum autem per abstinentiam caro atteritur, si inordinatis demissa motibus mens, vitiis dissipatur. Quid enim prodest attenuare corpus abstinentia, si animus intumescat superbia? quam laudem merebimur de pallore ieiunij, si liuidi sumus inuidia? quid virtutis habet vinum non bibere, & ira atque odio inebriari? Tunc demum præclara est abstinentia, tunc pulchra ac magnifica corporis castigatio, quum animus est mundus à vitiis. Eò enim abstinentiæ bonum deperit, quo sese

à spiritalibus vitiis minimè cust
dit. Hinc Ioel: Sanctificate (inquit)
Ieiunium sanctificare quid sit
iunium. Ieiunium autem sanctific
est adiunctis illis bonis operibus
gnam Deo abstinentiam carnis
stendere. Bernardus: Volo
tem admonitos esse fratres meos,
seruandum esse ieiunium, non ab e
tantum, sed ab omnibus illecebris
nis & vniuersa corporis volupt
imò verò ieiunandum esse longè
plius à vitiis, quàm a cibis. Qui e
à cibis abstinent, & prauè agunt,
mones imitantur, quibus esca
est, & nequitia semper est. Itaque
solum istud ieiunium visibilium
borum, ad perfectionem cordis
corporis puritatem sufficere posse
dendum est, nisi huic fuerit ani
quoque ieiunium copulatum. Ha
nanque & illa suos noxios cib
quibus impinguata, etiam sine e
rum abundantia ad luxuriæ præru
deuoluitur.

Not

Nouerint autem abſtinẽtes, quòd tunc placentem Deo abſtinẽtiam oſferunt, cum ea quæ ſibi de alimentis ſubtrahunt, indigentibus largiuntur, non loculis. Non enim Deo, ſed ſibi ieiunant, ſi ea quæ ventri ad tempus ſubtrahunt, non egenis tribuunt, ſed vẽtri poſtmodũ offerenda cuſtodiũt.

DE IRA.

IRa eſt motus animi concitati ad vindictam.

Cuius duæ ſunt ſpecies.

Voluitur ira grauis tacito ſub pectore: deinde
Exteriora probant, animi quid parturit ira.

Peccant per iram

Qui in ſuis animis iram grauem colligunt, quam ſigno exteriore non præ ſe ferunt. — Ira interior.

Qui confuſa vocis effuſione, animi ſui iracundiam præ ſe ferunt. — Ira exterior.

Iræ ſeptem ſunt filiæ.

Impatiẽtia animi. Impatiens animus, diræ, blaſphem
probrum,
Vltio, rixa, minæ: ſunt iræ pign
ſeptem.

Peccant ex ira

Qui ab alio iniuria affecti, e
indignũ putãt à quo talia pati debe

Qui in alterum irati, animum
um diuerſis cogitationibus ama
adplicant, cogitantes quomodo in
um vlciſci poſsint.

Qui inordinato clamore & co
fuſa locutione, prę ſe ferunt cũ qu
to animi mœrore ſe ab aliis repre
di audiant, aut conuitiis peti.

Qui damna, calamitates, morb
aut alia mala quibus à Deo affici
tur, grauius tolerant quàm debean

Maledi-ctio. Qui præ iracundia alteri diras
precantur & maledicunt.

Blaſphe-mia. Qui ira excãdeſcẽtes, Deum q
membratim diſcerpunt: aut nom
Dei & ſanctorum in vanum iura
aut peierant.

Qui cũ aliquo agunt cõuitiis: eum demq; irrident, & corã aliis diffamãt. Probrum.

Qui exprobrant alicui paupertatem, aut animi, corporisve vitium.

Qui ex iracundia, & gratia animi sui explendi, aliis appetunt damnum aut malum. Vltio.

Qui cum aliquo simultates gerunt, cum desiderio vindictæ, & appetitu nocendi per se vel alium verbis aut factis.

Qui vindictæ causſa alteri damnũ aut malum afferunt.

Qui ex animo ira accenso vsque ad verbera perueniunt. Rixa.

Qui re ipsa præ iracundia proximo inferunt nocumentum in rebus eius aut corpore: vt qui in eius capillos, inuolant, pellunt, percutiunt.

Qui arma, baculos, lapides & similia nocendi causſa deferunt.

Qui libenter nocerent, si per occasionem & vires liceret.

Qui iniustum malum alteri iniustè Minæ.

minan-

mmantur: non ratione iustitiæ & ce
rectionis, sed ad vltionem tantum.

Methodus detestandi iram.

COnsidera, quòd animantia r
tionis expertia in suo quæque
nere ciuiliter concorditerq; degun
armentatim viuunt elephanti, greg
tim sues & oues pascuntur, turmat
volant sturni & graculi, per vices
sta quadam politia grues suas ag
excubias: mutuis officiis sese tuen
grues, delphini, & cerui: nota est fe
micarum & apum inter ipsas conc
politia. Inter immanissimas etiam
ras conuenit, leonum inter ipsos fe
tas non dimicat, aper in aprum
vibrat dentem fulmineum, lynci c
lynce pax est, draco non sæuit in c
conem, lupi inter se viuunt conc
diter. Ipsi etiá impij spiritus, per c
cœlitum atque hominum conco
prin

primum dirupta est, & hodie rumpitur: tamen inter se fœdus habent, suamque illam qualemcunque tyrannidem consensu tuentur. Soli autem homines, quos omniū maximè decebat vnanimitas, & quibus ea maximè erat necessaria, intestinis inter se dissident odiis. Quibus irrationabiles creaturæ in suo quæque genere inuicem concordando indicant, quantum malum per discordiam rationales creaturæ committant, quando hæ rationis causa id perdunt, quod illæ motu naturali custodiunt.

Considera, quòd cæteris animantibus ab homine, vindictæ & vltionis instrumentum natura indidit: equo calcem, ceruo cornu, apro dētem, api aculeum, aui rostrum & vngues, denique vel ipsi pulici morsum addidit. Te verò ad mansuetudinem & patientiam produxit inermem & nudū, vtpote ne haberes vnde vim vi repelleres. Considera igitur quàm præter

tuam

tuam naturam sit, in alium vlciſci,
vim vi repellere, præſertim armis
unde quęſitis: quum vel crudeliſsi
feræ & ad crudelitatem natæ, ſuis
mis duntaxat, & ſibi à natura ind
ſuam vlciſcantur iniuriam. Si feră
deris, tibi metuis: ſi hominem, ſæp
formidas, nec in teipſo quidem pa
habes: deniq; ne à pulicibus quic
tutus es. Homo autem (inquit Au
ſtinus) tibi conuitiũ dicit, & tume
iratus es: pulicibus reſiſte ſi potes
dormias.

Conſydera, quæ, quanta, quo
in Deum peccauiſti: ſi illatam tibi
iuriam proximo tuo illius iniuria
latori condonaueris, condonabi
ipſe tibi tuam in ſe iniuriam. Null
ratio commodior, qua poſt offen
reconcilieris Deo, quàm ſi tu of
ſus reconciliere fratri tuo. Conc
leuem culpã proximo (leue enim
quicquid homo peccat in homin
vt tibi tot millia culparum cond

Deus. At durum est, inquis, iratum animum cóprimere: non tibi in mentem venit, quanto duriora pro te pertulerit dominus Deus noster? Quid eras, quum pro te pretiosam suam animam poneret? Nonne inimicus? Qua benignitate quotidie te tolerat vetera peccata iterantem? qua misericordia etiam grauissimè offensus, ad se recipit reuertentem? Postremò, qua mãsuetudine ille pertulit probra, vincula, verbera, deniq; mortem ignominiosissimam? Gregorius: Si passio Christi ad memoriam reuocetur: nihil adeò durum est, quod non æquo animo toleretur. At indignus est (inquis) inimicus meus, cui ignoscatur. Itáne tu dignus eras, cui ignosceret Deus? Vis Deum in te exercere suam misericordiam, & in proximum tuũ vis exercere seueram iustitiã? Magnũ est tibi scilicet, si peccator ignoscas peccatori, quũ dominus Deus noster pro crucifixoribus patrem orauerit.

Postre-

Postremo, si inimicus tuus indig
est, cui beneficium pro maleficio
pendatur: at tu dignus es qui id fa
as, dignus & ipse Christus pro
id fiat.

Considera, quòd tandiu null
boni operis sacrificiũ immolas, qu
diu à proximo per iracundiam
scordas. Scriptum nanq; est: Si o
munus tuum ad altare, & ibi re
datus fueris, quòd frater tuus h
aliquid aduersum te: relinque ibi
nus tuum ante altare, & vade priu
conciliari fratri tuo, & tunc ve
offeres munus tuum. Ex qua pr
ptione considera, quàm eorum
intolerabilis esse monstratur, quo
hostia repellitur. Nam quum
cuncta bonis sequentibus dilua
magna vt sint mala discordiæ n
est, quæ nisi funditus extincta fu
bonum opus subsequi non perm

Considera, quòd forsitan p
mum tuum à quo offensus es, gr

multo alias offendisti, nec tamen in te vltus est, sed illatam sibi iniuriam parienter tolerauit. Itaque quia alter alterius onera portare debet, eum vicissim patienter tolerare debes. Nulla enim, inquit Gregorius, sunt bona quæ agimus, nisi æquanimiter proximorum mala toleramus. Considera cui es inimicus, nempe aut iusto homini, aut iniusto. Si iusto, miserrimum certè est te ei esse inimicum, cui Deus est amicus: te ei velle nocere, cui Deus vult bene esse. Præterea lapidi irascceris: ei enim tua molestia nó moues bilem, sed eius exerces patientiam. Si iniusto: non minus miserum est, vt alienam vlciscaris improbitatem, te fieri improbiorem: & dum violenter in tua ipsius causa iudex, alienam conaris punire iniustitiam, te nouam admittere iniquitatem. His amplius, quis tandem mutuarum iniuriarum erit finis, si suã quisque iniuriam pergat vindicare? Cre-

scunt vtrinque inimicitiæ, increscit dolor. Acceptum enim incommodum neutiquam tollitur vindicta, sed propagatur: & iniustus inimicus tuus plerunque iniustior redditur & iniquior, magisque in malo induratus. Lenitate autem & patientia sanatur nonnunquam etiam is qui fecit iniuriam, & ex se reuersus de inimico fit certissimus amicus. Quòd si ne hac quidem ratione cor eius lenire possis, ac certe tuum sic leuies.

Considera, quòd sufficit diei malitia sua: & in seculo tot tantaque occurrunt aduersa, vt quantumcunq; laboraueris, vix possis in temetipso pace frui. Eam ob rem tibi stultum est, mentem tuam per se satis inquietam, odio & inimicitiis exasperare. Quòd si velles omnes opprimere, quos pateris aduersarios, iterum alii insurgerēt, & prius succumberes, quàm eos omnes opprimere posses. Quos omnes

commo-

commodissimè superabis, si malum pro malo non reddideris, sed potius teipsum per patientiam viceris.

Considera, qp dum vim vi repellere conaris, nec sinere vt vlla in re vinci videaris: tunc maximè vinceris, dum iræ affectibus succūbis, animoq; tuo dominari, non potes. Cui si posses dominari, expugnatore vrbium esses fortior. Minor siquidem est victoria vrbium, quia extra sunt quæ subiugantur: multo autem maius est, quod per patientiā vincitur: quia ipse à se animus superatur, semetipsum sibimetipsi subiicit, & intra se frenari compellit, & in seipso inclusam crudelissimam feram iracundiam superat.

Considera, quòd si refrenare tuos affectus & iræ passiones nolueris, cò mentem impellet furor, quò non trahet desiderium: & commotus ages velut nesciens, vnde post doleas sciens: & peccata tua postquam fuerint perpetrata, vix cognosces: quia vix

vlli irascenti ira sua videtur iniu
sed iræ suæ stimulum plerunque
stitiæ zelum putat: quum autem v
um virtus creditur, sine metu cu
cumulatur.

Considera, quòd nisi perturba
ni tuæ obstiteris, etiam quæ à te tr
quilla mente fuerant bene gesta p
fundes: & improuiso impulsu dest
es, quicquid forsitan diu labore p
uido construxeras.

Considera omnia mala quæ ex
euenire solent: vt sunt iniuriæ, diss
tiones, verbera, plagæ, homicidia
cætera huiusmodi.

Considera indignum esse te C
stianum Christi imitatorem, alio
risu vel subsannatione affici, qu
etiam dominum Deum nostrum
eiusmodi hominibus non ignores
risum, sed exultare potius & gauc
deberes, si & tu illa omnia quę &
minus noster antè tui caussa pert
tu etiam perferas, recepturus vel

ipsa subsannatione mercedem : nihil enim est, quod nobis pro Christi nomine sine præmio irrogetur. Vide ergo, quàm beati sunt Christiani atque felices, quibus etiam insipientium risus proficit ad salutem. Ita Dominus diligentes se diligit, ita se timentes honorat, vt nec irrideri eos gratuito sinat, quibus & pro subsannatione retribuet vltionem, dicitque eis Dominus: Mihi vindictam, & ego retribuam.

Quisquis es, qui aduersitatis & Dei flagella impatientius æquo toleras, considera quòd nisi Deus à se per tribulationes correptis hæreditatem dare disponeret, erudire eos per tribulationes non curaret. Hinc nanque ad Ioannem Dominus per angelum dicit: Ego, quos amo, arguo & castigo. Hinc rursus scriptum est: Fili mi, noli negligere disciplinam Domini: neq; fatigeris cum ab eo argueris: quem enim diligit Dominus, ca-

ſtigat : flagellat autem omnem fili
quem recipit. Hinc Pſalmiſta ait. M
tæ tribulationes iuſtorum: & de o
nibus his liberabit eos Dominus.

Conſidera, quòd pro percipi
dis terrenis hæreditatibus parentes
ris diſciplinæ flagellis carnales fi
caſtigarit. Quæ ergo diuinæ correp
nis pœna grauis eſſe debeat,
quam nunquam amittenda hære
tas percipitur, & ſemper manſura
plicia vitantur? Si enim (inquit G
gorius) attendatur felicitas, quæ
tranſitu attingitur, leue fit quod tr
ſecundo laboratur. Hinc etiam P
lus ait: Patres quidem carnis noſ
habuimus eruditores, & reuerel
mus eos: nónne multo magis obte
perabimus patri ſpiritum, & vi
mus? & illi quidem in tempore pa
corum dierum ſecundum volunt
ſuam erudiebant nos: hic autem ac
quod vtile eſt, in recipiendo ſanct
cationem eius.

Co

Considera, quòd omnia quæ pateris, peccata tua meruerunt: nec tamen secundum ea facit tibi Deus, neque secundum iniquitates tuas retribuit tibi: sed pro his leuibus & transitoriis tribulationibus, æterna condonat supplicia quæ meruisti, quorum respectu ea quæ pateris nihil sunt. Ad hæc nihil sunt ad futuram gloriã, quæ reuelabitur in te. Non enim condignæ sunt tribulationes præsentis temporis ad futuram gloriam quę reuelabitur in nobis. Quandoquidem tanta est pulchritudo iustitiæ, tanta iucunditas lucis æternæ, vt etiam si non liceret in ea amplius viuere seu manere, quàm vnius diei mora, propter hoc solum innumerabiles huius vitæ dies pleni deliciis & circumfluentia temporalium bonorum, rectè meritoq; contemni debeant: cui comparata omnis aliunde suauitas dolor est, omnis iucunditas mœror, omne dulce amarum, omne decorũ fœdũ,

omne quodcũq; aliud delectare po
ſent moleſtum.

Conſidera, quòd res ſecundæ ſ
pius per tumorem cor inquinant: a
uerſæ verò res cor per dolorem pu
gant . In illis ſe animus erigit: in h
etiam quando ſe erexerat, ſternit . I
illis homo ſe obliuiſcitur : in his a
ſui memoriam , etiam molens & coa
ctus reuocatur . In illis ſæpe anteact
bona depereunt: in his longi quoque
temporis admiſſa terguntur, & quæ
admitti poterant, compeſcuntur. Nam
plerunque aduerſitatis magiſterio ſub
diſciplina animus premitur : & cui
prius extra ſe in inelationem duce-
batur, cui ſit conditioni ſubditus, ex
percuſſa (quam ſuſtinet) carne recor-
detur.

Cónſidera quòd electorum men-
tes tanto in meditatione ſecuræ in
æternum felicitatis ſuauius exultant,
quantò grauiores patiuntur tribula-
tiones . Et cum nihil de ſeculo, niſi
tri-

triſtitiæ fructus colligunt, Deum ſolummodo ſuum eſſe gaudium ducunt. Et cum cœperint eis mundanæ peruerſitatis inæqualitates amareſcere, tunc primum poſſunt internæ quietis ſuauitatem ſentire: quorum cruces multi vident, ſed non vident vnctiones. Tales omnia præter peccatum diligunt, nihil præter peccatum timent: nihil eos præter Deum afficit, nihil eos præter culpam contriſtat: plus gaudent de paſsionibus & pœnis corporalibus, quàm de conſolationibus carnalibus: quia vident illa eſſe materiam patientiæ & meriti, hæc verò periculoſa eſſe & in peccatum hominem facile inducere.

Conſidera, quòd Deus præuidens quoſdam multum peccare poſſe, flagellat eos infirmitate corporis, ne peccent, vt eis vtilius ſit frangi languoribus ad ſalutem, quàm remanere incolumes ad damnationem. Bonum enim eſt ad vitam ingredi

debilem, vel claudum, quàm duas manus vel duos pedes habentem, mitti in ignem æternum: & bonum est tibi cum vno oculo in vitam intrare, quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Augustinus: Cùm Deus aduersis rebus exagitat, aut merita examinat, aut peccata castigat, aut mercedem mihi æternam pro toleratis malis temporalibus seruat.

Considera, quòd misericors Deus nostris cruciatibus non pascitur, sed delictorum morbis per medicamenta contraria medetur: vt qui voluptatibus delectati discessimus, rursum fletibus amaricati redeamus: & qui per illicita defluendo cecidimus, etiam à licitis nosmetipsos restringendo surgamus: & cor quod vana lætitia infuderat, salubris tristitia exurat: & quod vulnerauerat elatio superbiæ, curet abiecto humilis vitæ.

Considera, quòd diuina boni-

tas ideo maximè irascitur in hoc seculo, ne irascatur in futuro: & misericorditer temporalem adhibet seueritatem, ne æternam iustè inferat vltionem. Magna enim ira est (inquit Hieronymus) cum peccatoribus non irascitur Deus: & qui hic cum hominibus flagellari noluerit, cum dæmonibus in inferno flagellabitur. Itaque nos hic vre, hic seca Domine, vt in futuro parcas.

Considera, quanta supra te gratia creator dispensatorque omnium bonorum vigilet, qui te in tua desideria non relaxat. Quia nisi te in perpetuum saluandum diuina prouidentia cerneret, erudiendum sub disciplinæ regimine non frenaret. Et enim quem desperat medicus, concedit, vt cuncta, quæ concupiscit, accipiat: ei verò quem saluari posse credit, multis interdicit quæ appetit. Etiam parentes pueris nummos subtrahunt, quibus tota simul patrimo-

monia reseruant.

Considera, quot & quanta co
uitiorum probra redemptor no
ab iis pertulerit, quos creauerat, q
insultantium alapas acceperit, q
flagella tacitus tolerauerit, quàm
tienter à perfidorum sputis fac
non absconderit, quàm mansuetè
nis diuinum illud caput suppos
quàm placidè in sua siti fellis am
tudinem acceperit, quàm mans
sub irrisione adoratus tacuerit, q
seruenter ipse omnium vita pro t
æternis supplicijs liberando, vsqu
mortem deuenerit. Non igitur d
tibi videre asperum, vt tu vilis
munculus à Deo pro malis tuis
leres flagella, cum pro suis bonis
ribus Deus tanta ab hominibus
tulerit mala, ne hinc sine flagello
rit, qui hic sine peccato vixit. Op
tuit enim Christum pati, & it
trare in gloriam suam: cum quo
mo regnabit in cœlo, nisi cum eo

fi

flictus fueris in mundo: cum quo nemo coronabitur, nisi cum eo legitimè certauerit. At quo modo certabitur, si desit qui impugnet? quid tibi cum victoria, si ne in prælio quidem fueris? impudentissimè tibi arrogas vel gloriam sine victoria, vel victoriam sine pugna.

Itaque satius est, vt præsentia mala æquo animo patiendo, tibi valeant in remissionem pœnæ pro peccatis tuis debitæ; & ad gloriæ sempiternæ acquisitionem, quàm impatienter & cum animi perturbatione citra emolumentum & salutis fructum, ad damnationis augmentum ea tolerare, quæ alioqui (velis nolis) toleranda tibi sunt, quia sic domino Deo placuit, idcirco & ita fieri necesse est.

METHODVS VITANDI PROPRIAM IRAM.

TVi tuorumque omnium in ordinatum amorem ex tuo dele animo

mo: alioqui facile in iram excandesces, simulátque te aut tuos leui quapiam iniuria videris affectos.

Quò natura ad iram es propensior, eò diligentius teipsum multò antè præmunies ad patientiam: tam verba quàm facta, quæ occurrere possunt, prouidè pręmeditans. Tela enim præuisa minus nocent. Itaque omnino habeas animo tuo deliberatum, vt feruescente ira nihil præcipitanter vel dicas vel facias: nihil tibi credas irato: suspectum habeas, quicquid concitati animi impetus dictauerit, etiam si honestum videatur. Sed illud differes faciendum, quoadusque ira deferbuerit: aut deuotè dices semel aut sæpius orationem dominicã, aut aliud simile, priusquàm id designes, quia interim fortasse ira deferueſcet.

Dum alius quispiam te conuitiis lacessit, caue repellas conuitium conuitio, & malum malo, si animi

tui

tui iram extinguere cupis : ea enim ex verborum contentione, magis magisque solet excandescere. Quia dum suam quisque iniuriam pergit vindicare, & vim vi repellere, vtrinque crescunt inimicitiæ, increscit dolor, & tandem mutuarum iniuriarum vix potest finis inueniri. Itaque omnis sermo malus de ore tuo non procedat : omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor & blasphemia auferatur à te, & contra virorum impetum patientiæ arma assume, non furoris.

Sic apud te pariter & tuum extenuabis incommodum, & ab alio illatam tibi iniuriam leuem facies. Læsit, sed facile resarcietur. Tum puer est, rerum imperitus, adolescēs: mulier est, non suopte fecit consilio, sed alterius instinctu : imprudens fecit, bene potus, æquum est ignoscere. At contrà: Grauiter quidem læsit: sed pater est, frater, præceptor, amicus: æquum

æquum est vt hunc meum dolorem illius vel authoritati vel charitati condonem. Aut paria faciens, ab altero illatam tibi iniuriam cum ipsius erga te beneficiis comparabis, vel cum tuis in illum offensis, hoc modo: Hic quidem læsit, sed alias sæpius profuit. Illiberalis est animi tot tantorumque eius erga me beneficiorum obliuiſci, & vnius iniuriolæ reminiſci. Nunc me offendit, sed quoties à me offensus est? ipsi parcam, sicut & mihi pepercit: vt meo prouocatus exemplo delinquenti mihi aliàs ignoscat & ipse.

Si iniuriam præ amaritudine prorsus deuorare non possis, ad superiorem recurrendum est. Nam conuitium pro cõuitio reddere, & cõtumeliam retorquere in eum qui dedit: nihil aliud est quàm talem fieri, qualis est is quem damnas.

Sol non occidat super iracundiam tuam; sed quàm citissimè poteris

tis reconciliare fratri tuo. Quia nisi ad mansuetudinis lenitatem citò redieris, pertinax iræ motus facile crescet in fratris odium, & trabem facies de festuca: & animam tuam facies homicidam.

Reconciliari poteris proximo tuo tribus modis. Aut verbis, petendo veniam de offensa ab offenso, dicens: Obsecro te per mansuetudinem Iesu Christi, si læsi te, ignosce mihi. Aut corporis humilitate, te prosternendo coram eo quem offendisti, rogans vt non reputet tibi ad iniquitatem, neq; meminerit iniuriæ sibi factæ. Aut obsequio charitatis & beneficio, inimicum tuum tibi placabis. Iuxta illud. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi. Quia per hæc eum placabis, & cum eo in gratiam redibis. Quòd si vis in iustitia perfectus esse, non dicas: Mihi nocuit, non ego illi. Si enim pro gloria salutis tuæ iubet Deus te inimicis tuis re-

Quomodo reconciliandum sit fratri.

conciliari: tu offensus debes præuenire offendentem, vt duplicem consequaris gloriam. Vnam scilicet, quia iniustè offensus es. Aliam, quia prior ad amicitiam inimicum inuitas.

Ab alio offensus, eidem facile ignoſces: qui tibi noueris ab illo ignosci, qui te reconciliauit sibi, delens omnia præterita, & ad vitam æternam te vocans. Ad quam vitam donec peruenias, sine peccatis esse non potes: & ideo amplectenda est tam benigna conditio, quam tibi vltro Deus obtulit, vt dimittendo peccata aliena, tibi Deus dimittat tua. Augustinus: Credendum omnino est, nullo modo nobis ignosci quæ peccamus', si nos inexorabiles ad ignoscendum peccatum fuerimus.

Iratus teipsum ad alia conuerte negotia, quibus occupatum cor tuum, commotionis & excandescentiæ suæ obliuiscatur.

Dum

Dum exterius grauia toleras, caue ea interius doleas. Ne cum ab hominibus peccatum non agnoscitur, sed tantum sub diuina examinatione peccator: culpa doloris tanto deterior fiat, quanto magis sibi ante homines virtutis speciem vendicat.

Si patientiam exhibueris, eo tempore quo vel aduersa patiens, vel contumelias audiens, nullo dolore pulsaberis: caue summopere cordis innocentiam postmodum amittas, dum ea ipsa quæ pertuleris ad memoriam reuocans, illa æquanimiter tolerasse erubescas, doleasque contumelias non reddidisse: sicque vltionis argumenta disquiras: & mansuetudinem quam tolerando habueras, dum iniuriam recordaris, in malitiam vertas.

Stude diligere, quos tibi necesse est tolerare, ne si patientiam dilectio non sequatur, in deteriorem odij culpam virtus ostensa vertatur. Vnde

Paulus cum diceret, Charitas patiens est, ilico adiunxit: Benigna est, videlicet ostendens quòd charitas quos ex patientia tolerat, amare ex benignitate non cessat.

Noli irasci iis, qui transitoria tibi auferunt, qui conuitia inferunt qui supplicia ingerunt, & præter hæc faciunt nihil. Tantum propriæ iniquitati irascere, quæ sola tibi nocere potest, sola facere vt cætera tibi non prosint. Nulla enim nocebit aduersitas, si nulla dominetur iniquitas: qui huic perfectè irascitur, cæteris non mouetur.

Persecutio & temporalis omnis aduersitas, pro loco & tempore aliquá do tibi erunt fugienda: cum autem necesse fuerit, viriliter toleranda.

Omne gaudium existimes, cum in tribulationes varias incideris. Res enim necessaria tribulatio, quæ in gloriam vertitur, & tristitia quæ in gaudium mutatur. Gaudium sanè lõ

gum,

gum, quod neino tollat à nobis: gaudium multiplex, gaudium plenum. Maius ergo bonum tribulatio, q̃ voluptas, quæ cum citò transeant, hæc pœnam sit paritura, illa verò coronam & præmium.

In die malorũ, memor sis bonorũ, ne pusillanimis fias, & impatiens. In die quoq; bonorũ, ne immemor sis malorum, ne extollaris & superbias. Necesse enim est vt sicut mũdi amatores multa patiuntur aduersa: ita & seruis Dei non omnia in hoc mundo succedant optata Quia iis Deus plerunque terrena denegat, quæ volunt, vt cœlestia præbeat, quæ malunt.

Methodus vitandi alienam iram.

IRatum in ipsa iræ suæ commotione si declines, dabis locum iræ.

Ei qui tibi iratus est, blandè & amicè respondeas: quia responsio mollis frangit iram. Quòd si in eius corde pax confundatur, tamen in tuo cor

de inuiolata ſeructur, nec à corde tuo vel abnegata diſcedat.

Erit Chriſtiano homine dignum, ſi vitio tantum, non homini indignatus, beneficium pro maleficio, officiũ charitatis pro cõtumelia reponas: ſicque ex inimico certiſsimũ tibi concilies amicũ: quod plerunq; vſu venit.

Eris pacificus etiam cum pacis inimicis, ſpe correctionis, non conſenſu malignitatis: vt ſi nec exemplum, nec cohortationes tuas ſequantur, cauſas tamen non habeant, quibus tibi iure iraſci debent.

Dum furentem reprimere conaberis, nequaquam in furorem tete erigẽs: ne accendas carbones peccatorum, volens eos extinguere: ſed quicquid eſt in te tranquillitatis & modeſtiæ, illud oſtendes.

DE PATIENTIA.

PAtientia eſt, qua æquo animo tolerãmus mala: id eſt, ſine perturbatione triſtitiæ. Viris iuſtus mundi odia

odia & tribulationes patienter tolerandæ sunt: necesse enim est mundum eos odisse, quos videt odisse id quod diligit. Gregorius: Nos sine ferro & flammis martyres esse possumus, si patientiam in animo veraciter custodiamus. Tolerari enim debent præsentia mala donec veniat beatitudo promissa: sustineantur à fidelibus infidelium iniuriæ, & inter hortorum frumenta zizaniarum auulsio differatur: quantumlibet sæuiant impij, melior est etiam in hoc tempore causa iustorum, qui quanto acrius impetuntur, tanto glorioſius coronantur. Flagellantur autem boni à Deo omnium iudice, malorum ministerio, quibus velut tortoribus ad iustitiam suam prosequendam vtitur contra reos suos. Apud quos quanuis iusti non meruerint, vt ab ipsis affligantur: tamen apud Deum meruerunt, vt sic puniantur. Et sicut pater post filij castigationem virgas in ignem mittit: sic

Deus noſter omnium pater, malos quibus ad filiorum caſtigationem in hoc ſeculo vtitur, poſtea in ignem mittit ſempiternum. Itaque optimus quiſque Chriſtianus tribulationes libenter ſuſtinere debet, inimicis parcere, lætusq; in præſenti ſeculo vindictam non deſiderare: ſed tolerando, pro inimicis à Deo veniam rogare: exemplo Chriſti, qui pro crucifixoribus ſuis partem orauit, dicens: Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt.

DE ACEDIA.

ACcedia eſt triſtitia ſeu tædium quoddã ſpiritualis boni, & quidam animi torpor, quo quis negligit aliqua bona debita inchoare, aut faſtidit incœpta perficere.

Cuius ſeptem ſunt ſpecies.

Faſtidit virtutis opus, fugit ardua, volvit.

Fœda animo, veniam deſperat, & otia ducit.

Affe-

Affectus animi non continet, vtile omittit.

Hæc peccata mihi perpetrat acedia septem.

Peccant per Acediam.

Qui graue existimant ieiunare, orare, de peccatis confiteri, & alia præcepta adimplere, ex quadam animi tristitia dicentes ea esse minus grauia, eaq; se non posse adimplere. Bernardus: Ideo non possumus, quia non multum volumus, neq; ibi dura necessitate seruitur, vbi diligitur id, quod iubetur. Fastidium boni operis.

Qui aliquod opus debitũ diu tardant inchoare: aut inchoatum tepide faciunt, non curantes an bene an male fiat, dummodo eo liberati sint: quod plerumque accidere solet in horariis precationibus, & aliis diuini cultus orationibus.

Qui desiderant dulcem fructum vitæ perpetuæ: sed viam quæ ad vitã æternam ducit, inuenientes amaram,

totũ abiiciunt, & nihil volunt pati pro dulcedine cęleſtis patrię. Verũ dulcia non meruit, qui non guſtauit amara.

Qui præ faſtidio ſibi præcauendi & à peccato continendi, vitæ ſuæ emendationem proferunt de die in diem, & interea ſe ſuis affectibus permittunt.

Qui diuerſa proponunt, & multa bona opera debita in Dei honorem cedentia attentãt, ſed frequenter propoſitum mutant, non ex impotentia aut ex rationabili cauſa, ſed propter tædium quod habent in eorum operum executione.

Qui eligunt potius in miſeria magna permanere, quàm aliquid laboris ſumere.

Puſillanimitas.

Qui ex paruitate animi & plus æquo, retrahunt ſe à magnis operibus ſuam facultatem non excedentibus, tanquàm ſi excederent.

Qui ſeipſos non colligunt: ſed ſine regimine ſe dimittunt, ſuam ſalutem

tem negligentes.

Qui famam suam falsò ereptã negligunt, maximè quando id aliis nocet, aut nocituram timetur ratione scandali. Habéda enim cura est de bono nomine conseruando, ne amittatur, procurando vt restituatur, præcipuè quando est iniustè ablatum. Siquidem duo sunt nobis necessaria: cò sciẽtia recti propter nos, & fama propter proximum. Inclyti est animi signum, famę diligere commodum.

Qui otiosè nunc id, nunc illud cogitant, aut turpes libidinis voluptates, aut mala de proximo, aut aliqua contra Dei aut iustorum hominum honorem, quorum omnium otium est materia. Hieronymus: Quod pudet dicere, pudeat etiam cogitare. Euagatio mentis.

Qui inter precandum à Deo mentẽ auocant, non attendentes ad quantum regem sermonem dirigunt. Quæ mentis euagatio orationis fructum tollit: cuius (si pura fuerit) magna est

est virtus. Oratio enim pura velut fidelis nuntius mandatum peragit, & penetrat quo caro non peruenit. Si pura fuerit, si casta, cœlos penetrabit, nec vacua redibit. Hæc autem mentis euagatio in oratione & deuotione plerunque ex diaboli prouenit artificio, qui cognoscit orationem contra se & suas machinationes ad Deum dirigi: ideo quantum potest orantis impedit feruorem, ne plenè ad Deum se conuertat, & sic contra eum non prævaleat oratio.

De desperatione abundè dictum est in primo præcepto.

Desperatio. Qui tædio laboris ad vitæ otiosas conditiones, tanquam ad desidiæ diuerticula se conferunt: laborioſum nimis existimantes sua arte & labore victum & vestitum mereri.

Otium Qui tempus quod impendi debet diuino cultui aut literarum studio, impartiun-

partiuntur otio, somno, verbis otiosis, aut aliis inutilibus operibus. Otium tamen internum & externum ad quietem & recreationem naturæ damnandum non est, sed tantum id quod dat multis malis materiam, præcipuè malis cogitationibus, cupiditatibus, aut machinationibus.

Qui rectam quum habeant volun- Inconi
tatem peccatum vitandi, vincuntur ta- nentia.
men à concupiscentia honoris, iræ, aut voluptatis carnalis.

Qui ea omittunt quæ noscun- Omis
tur aut nosci debent esse animæ necessaria.

Qui ex inordinata animi affectione omittunt propositum boni operis, etiã si illud ex præcepto non sit: quia inordinatè à bono proposito desistẽdum non est.

Qui beneficio ecclesiastico præditi, aut sacra ordini, aut monasticæ professioni adscripti quotidie vtrasque horas & canonicas & beatæ virgi-

nis

nis dicere omittunt. Profani & laici viri secularibus negotiis impediti iustam operam colendo Deo quotidie impendere non valentes: idcirco clericis annuos prouentus & opima vectigalia donauerunt, vt hi illorum supplerent vices, præcibus ad Deum fundendis, & more bonorum pastorum vigilias noctis super gregem suum custodirent & in orationibus vigilarent. Beneficium enim datum est propter officium.

Item clerici, id est (vt ita dicam) tonsurati, qui nec psalmos, nec horas virginis Mariæ pro diœceseos eorum consuetudine dicunt.

Qui ex quadam torpedine & animi languore, omittunt de acceptis beneficiis Deo gratulari, sacrosanctam Eucharistiam sumere, conscientiam suam discutere ante confessionem, sacramenta recipere, vota adimplere, sacrificium audire, septem psalmos pœnitẽtiales, & alias precationes ad Deũ

funde-

fundere. Breuiterque quicunque omittunt, quæ sui sunt officij.

Methodus detestandi Acediam.

COnsydera quantos labores Christus pro te pertulerit ab eo die, quo inceepit facere & docere, vsque ad extremum vitæ suæ spiritum: dum in orationibus noctẽ duceret insomnem: dum modò in hanc, modò in aliam regionem iret lucrifactum animas: dum in iis, quæ patris sui essent, sedulò intereſſet: dum sæpius in templo doceret: nouissimè autem dum in tempore passionis suæ vel nimis iam defatigatus laboribus sacratissimis suis humeris longissimam illam & ponderosissimam crucem baiularet, & sub tanto onere succumberet. Quòd si pro salute tua tantum laborauerit, quantum pro eadem tutemet laborare deberes? Pro peccatis tuis tollendis tenerrimus ille agnus

agnus Dei tot & tam grauia pertulit, & tu vel minimum laboris pro iisdem subterfugis? Maledictus certè es, qui facis opus Dei negligenter.

Considera quantos labores apostoli pertulerunt: dum secundũ Christi præceptum irent in mundum vniuersum & prædicarent Euangelium omni creaturæ: quantas & animi & corporis molestias perpessi sunt sancti martyres, confessores & virgines: denique quotquot homines iam cum Deo regnant, quorum doctrinis & laboribus orthodoxa Christi fides longe lateque fuit propagata.

Considera res omnes laborare, & aliquid operis facere. Nam militia illa cœlestis exercitus sine fine laudem Deo concinit, proclamans: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus sabaoth. Præterea sol & luna, & firmamentum quotidie gyrum terræ ambiunt. Herbæ & arbores minimum initium habentes, ad ma-

gnam

gnam proceritatem perueniunt. Formicæ grana condunt æstate, quibus hyemem transigant. Apes mellifluæ ignauum fucos genus à præsepibus arcent: & sic in aliis animantium generibus inuenire possis. Non te igitur pudet hominem rationis participem, eiusdem rationis causſa ignauiã amplecti, quam rationis expertia motu naturali exhorrent?

Considera, quòd si præsentis seculi negotiatores tanta sustinent, vt incertas perturasq; diuitias accumulent, easq; multis periculis quæsitas cum animi discrimine seruent: quid tibi CHRISTI negotiatori faciendũ est pro acquirendis spiritualibus diuitiis æternis & sine fine duraturis?

Considera, quòd sicut diuitiæ huius seculi tunc maximè augentur, quũ nulla prorsus lucra vel minima contemnuntur: Ita & in spiritualibus diuitiis ne minimum quidem boni operis contemnendum est: eo enim

contempto paulatim decides. Vicissim si parua & minima lucra spiritualia non contempseris, paulatim ad magna peruenies.

Paruula si tentas superadieciſſe pusillis.

Idque frequens peragas, grandis cumulatur aceruus.

Considera, quòd si nolueris bene agere, quando potes, forsitan non poteris bene agere, quando voles. Occasio præceps est, ideóque arripienda, quando adest. Tempus vitæ, in quo viuis, breue est, exiguum, & cum tædio. Igitur dum dies est, & dum tempus habes, operare bonum. Veniet enim nox quando operari nemo poterit.

Considera, quòd grauissima tua peccata, grauissimam requirunt pœnitentiam, & magnum deuotionis feruorem, vt iis possit satisfieri. Trinam illam Christi negationem toto vitæ suæ tempore luxit Petrus, tametsi à

Christo

Christo sibi fuerat indultum. Maria Magdalena vsque ad extremum vitæ suæ spiritum præterita sua peccata deplorauit: tametsi à CHRISTO sibi fuerant dudũ dimissa, quia dilexerat multum. Breuitatis caussa plerosque alios prætermittimus, qui paccatorum suorum pœnitentiam simul cum præsenti vita terminauerunt: tametsi ea peccatis tuis multo essent leuiora. Tibi autem, qui quotidie peccas, & addis peccata peccatis, quomodo labor ille grauis videtur, quo tot & tanta peccata delentur? Quàm tepidè agis, vt debita illa remittantur, quibus mors æterna debetur. Magna profectò opus est satisfactione pro peccatis illis, propter quæ paratus est æternus ignis: quorum onus, aut animæ suæ læsionem qui perfectè senserit, ille quidem nullo modo, aut certè parum sentiet corporis pœnam. nec reputabit laborem, quo peccata nouerit deleri præterita, & caueri futura.

Idcirco tempore gratiæ & misericordiæ (id est, tempore vitæ præsentis) fac dignos fructus pœnitentiæ, & grauissimam purgatorij pœnam præsenti pœnitentiæ labore fac redimas.

Considera, quòd si dum vixeris vigilare & orare cum Christo voluesris, labores tui citò finientur. Breuissimum enim est vitæ nostræ tempus, ad promerendum æternam gloriam nobis datum, post quod nullum aliud metendi tempus dabitur. In quo quanto plura & maiora bona fecerimus in terris, tanto maior gloria nos manet in cœlis: quæ si modica videntur in opere, magna tamen sunt in retributione: in opere quidem temporalia, in retributione autem sunt æterna: breues huius laboris est meta, sed corona perpetua: laboratur hic modico tempore, vt viuatur illic in æternitate. Gregorius: Si attendatur felicitas quæ sine transitu attingitur, leue

sit

sit quod transeundo laboratur. Itaque committere non debemus, vt hoc tempus gratiæ & mereti, sine opere meritorio nobis effluat. Exemplo cu iusdam deuoti viri, qui quoties audiebat horologium horas sonare, hæc secum: O domine Deus meus iam iterum vnam horam temporis vitæ meæ consumpsi, de qua tibi sum rediturus rationem, quomodo expendi. Nullum enim à te est mihi tempus impensum, cuius non sit mihi reddenda ratio, quomodo fuerit expensum. Exemplũ notandũ.

Considera, quòd amor dei nunquam est otiosus. Operatur enim magna, si est: si vero operari renuit, amor non est. Hieronymus: Nihil amantibus durum est, nullus difficilis cupientibus labor. Amemus & nos Christum, & eius quæramus amplexus, & facile videbitur omne difficile, breuia putabimus vniuersa, quę longa sunt. Pręterea oportet per multas tribula-

tiones ingredi regnũ dei. Nemo enim ſine certamine coronatus eſt.

Quiſquis es, qui arbitratis te ſatis meritum eſſe ſuperiori tempore, & propterea remiſsius ſolito agis, & à priſtino feruore ſenſim excidis, conſidera, quòd non qui bene cœperit, ſed qui perſeuerauerit vſque in finẽ, hic ſaluus erit. Quia ſine perſeuerantia nec opus meritum habet, nec labor præmium, nec curſus brauium, nec ſeruitium gratiam, nec pœna quãtumlibet afflictiua coronam. Perſeuerandum igitur eſt in bono opere, quod incœperimus: perfecta enim ſunt dei opera, qui de ſeipſo ad patrem dicit: Opus conſummaui, quod dediſti mihi vt facerem. Vnde Iudæis perfidis deſcenſum de cruce ipſi ſuadentibus, dum ſalutem noſtram in medio terræ operaretur, nullo modo acquieuit, ne redemptionis noſtræ opus relinqureret imperfectum. Nos quoque ſi ſequi volumus caput

noſtrum, non vereamur iuſtificari vſque ad mortem, quoniam merces domini manet in æternum. Non ceſſemus agere pœnitentiam, non ceſſemus poſt Chriſtum tollere crucem noſtram, perſeuerantes in ea, ſicut & ipſe perſeuerauit, confidentes quòd illud opus bonum in nobis perficiet, quod in nobis incœperit: & quòd qui dedit velle, dabit & perficere. Quid enim prodeſt, bene & diu nauigaſſe, & in portu periri? cũ hoſtibus fortiter dimicaſſe, & in ipſa hora victoriæ defeciſſe?

Methodus vitandi Acediam.

NEmo eſt, cuius animam corruptibile corpus & inhabitatio terrena non aggrauet. Sed nitendum tibi eſt, vt carnis cupiditates ſpiritus vigore ſuperes: & quia à tribus peruicaciſsimis hoſtibus, mundo, carne, & dæmone, te ſentis impugnari (ſi facias quod in te eſt) ſemper de diuino auxilio expectus adiuuari.

Deus enim hortatur te, vt pugnes: adiuuat, vt vincas: certantem ſpectat, deficientem ſubleuat, vincentem coronat.

Si terrebit te labor, quem ſubire oportet reſiſtendo tentationibus, hoc erit remedium. Noli laborem reſiſtendi comparare cum voluptate peccati: ſed præſentem amaritudinem reſiſtendi compara cum futura amaritudine peccati: præſentem dulcedinem culpæ, quæ ad peccandum te illectat, cum futura dulcedine cœleſtis gloriæ, & tranquillitate mentis, quæ tentationis victorem conſequitur. Et mox videbis, quàm iniqua ſit comparatio. In hoc enim plerique fallũtur, quòd amaritudinem reſiſtendi comparant cum delectatione peccati: neque reſpiciunt, quid hoc atque illud conſequatur. Bernardus: Si labor te terret, merces inuitet: vnuſquiſque enim ſecundum ſuum laborem mercedem accipiet.

Cum

Cum vita nihil aliud sit, quàm militia super terram, tot dæmonibus in exitium tuum peruigilibus, armatís que in te mille dolis, mille nocendi artibus. Mundo etiam (qui totus in maligno positus est) à dextra læuaq́; à fronte pariter atque à tergo te oppugnante, & ad sui desiderium te pelliciente. Prætera carne ad mortiferas voluptates mentem tuam stimulante, idque satagente, vt mentis tuæ præsidium alliis duobus hostibus aperiat: domesticus enim hostis est. Quum igitur res tibi sit cum hostibus tam in perniciem tuam iuratis, ne committas, vt perinde atque si istos tres infestissimos hostes debellasses, in vtramque dormias aurem, quasi in certissima pace, dicasque pax, pax, cum non sit pax. Itaque assidue sta super tua custodia, in prima secunda tertia & quarta vigilia dominum expectás, donec reuertatur à nuptiis, vt cũ venerit, & pulsauerit, confestim aperias

rias illi.

Contra tentationum insultus, aut signo crucis te munies, aut quapiam oratione, aut sententia aliqua deprompta ex sacra sciriptura. Quòd si tentationem viceris, sic te geras quasi mox in prælium rediturus, alteramque securus aut pauidus magis expecta: quia vt nec mare fluctibus, sic nec vita ista carere potest tentationibus. Ad hæc qui ingreditur viam pœnitentiæ, fortius tentatur ab hoste. Illos enim tentator tentare negligit, quos se quieto iure possidere sentit. Itaque nusquam non agendæ tibi sunt excubiæ, nunquam tibi est ab armis discedendum, donec in hoc corporis præsidio militabis.

Quòd si quando in hac pugna animam tuam peccati mortalis vulnere lethaliter sauciari contigerit: caue ne protinus abiecto clypeo & armis relictis, hostibus te dedas, & te totum eorum affectibus permittas, neque

que cogites de recuperanda libertate. Lapsus itaque in peccatum, non solum non desperes, sed sternuos milites imiteris, quos non rarò pudor ignominiæ, & accepti vulneris dolor non solum non coniicit in fugam: verum ad fortius, quàm antea, pugnandum acuit. Haud secus properes animum resumere, & cum hostibus certamina instaurare. Mox videbis te eos fugere, quos fugiebas: & eos persequi, qui te persequebantur. Quòd si fortè (vt se habet certaminis conditio) rursus vulnereris, aut cadas: non continuò vulneris, aut lapsus tui pudore desperare debes: sed memineris hanc esse certaminis legem, nõ vt nunquam quis vulneretur aut cadat, sed vt nũquam cedat. Quia non ille qui sępe vulneratus est, aut cecidit, victus dicitur: sed ille, qui ad vltimum non cessit. Accepto vulnere statim adhibe medelam: facilius enim vni vulneri medeberis, q̃ multis:

multis: facilius recenti, quàm inueterato & putri.

Ad malum opus designandum tentatus, non solum non succumbes tentationi & peccabis: sed etiam inde tibi arripies virtutis occasionem, dabisque operam, vt diaboli tentationibus non solum peior non fias, sed etiam melior euadas, vt omnia tibi cooperentur in bonum. Si ad libidinem aut gulam solicitaris, aliquantulum tibi etiam de licitis voluptatibus subtrahe, & ad sanctas & pias occupationes aliquid adiice. Si ad tenacitatem & auaritiam instigaris, auge eleemosynam. Si ad inanem gloriam stimularis, tanto magis teipsum humilia in omnibus. Ita fiet, vt te forsitan denuò ad malum prouocare vereatur tentator, ne qui mali operis author esse gaudet, boni operis occasionem ministret.

Adcurarè tibi cauendum est, ne quod vitium, veluti leue, contemnas, & te-

& teipsum fallas, dum tibi in vno aut altero vitio (quod veniale putabis) conniueas: quia veniale quanquam animam non interficit, eam tamen inficit: quanquam à deo non separat, tamen à pristino deuotionis feruore auocat, & ad opus bonum hominem reddit tepidum, grauem, obnubilatum, & indispositum ad bene agendum, & paulatim à minimis peccatis ad maxima perducit. Itaque detestanda tibi sunt: simul & cauenda omnia peccata tam venialia quàm mortalia. Quòd si nondum fortè possis omnia vitia funditus euellere, tamen de vitiis tuis aliquid quotidie decerpes, & bonis moribus semper aliquid adiicies.

Caue putes in hoc constare iustitiam vt malum non facias, cum & bonum non facere malum sit, sed vt etiam opus bonum facias. Qui enim præcepit, Recede à malo, mox subiunxit; Et fac bonum. Idcirco sum-

ma

ma diligentia in extirpandis vitiis ad hibita, ad acquirendas virtutes non minore opus est dilgentia.

Ne ita sis otiosus, vt in eodē otio vtilitatem non cogites proximi: nec ita actuosus, vt contemplationem nō requiras dei.

DE DEVOTIONE.

DEuotio est voluntas prompta faciēdi quod ad dei seruitium pertinet. Hęc acediæ contraria est: Nam sicut homo acediæ vitio laborans, tristis & inuitus opus debitum facit, ideoq; negligenter: sic deuotus gaudet adimpletione mandatorum dei, in hilaritate ea exequitur, in dei amore feruet: pœnitētiæ quoq; opera & labores abstinentiæ, suis viribus alioqui impares, feruore deuotionis & dulcedine spiritualis gratiæ condit: & sic de vna virtute in aliam ascendit, & gradatim ad cœlum vsque peruenit. Vbi deum videndo tanto felicius meretur in retributione, quanto magis

gis ſummo bono hic adhærere ſtuduerit. Naſcitur autem deuotio ex amore & timore Dei.

METHODI CONFESSIONIS,

DE RELIQVIS PECcatis, & peccatorũ circunſtantiis.

QVARTA PARS.

De quinque ſenſibus exterioribus.

QVinque ſunt ſenſus exteriores: qui niſi adcuratè & ſumma diligentia cuſtodiantur, & quaſi reſerentur, per eos tanquàm feneſtras ſemper patentes, mors in animam ingreditur: qui numerõ quinque ſunt,

Viſus, Auditus, Odoratus, Guſtus, Tactus.

Cor-

DE QVINQVE SENSIB.

Corporis humani sensus sunt quinq; patentes.

Auditus, visus, gustus, contactus, odorq;.

DE SENSV AVDITVS.

MIrabilis omnium rerum opifex Deus duas aures homini esse voluit, linguâ verò vnicam plus esse audiendum, quàm loquendum innuẽs.

Aures sunt nobis datæ ad percipiendum dei doctrinam, ad laudes dei cum voluptate audiendas, & ad subueniendum corpori earum obsequio, non autem ad abutendum.

Peccant per auditum

Qui irascuntur & plus iusto afficiuntur, si quid audiant, quod non placeat.

Qui superbiunt & gloriantur, dũ suas laudes audiunt.

Qui verba lasciua, scurrilia, & otiosa cum voluptate audiunt.

Qui aures suas assentatoribus aut delatoribus dedunt.

Qui

Qui cantilenis, ludis, choreis, confabulationibus, & ciusmodi mundanis deliciis postponunt audire sacrificium diuinum, psalmodiã, aut ea quæ animæ saluti noscuntur, aut nosci debẽt esse necessaria. Hieronymus: Nos ad patriam festinantes, mortiferos Sirenarum cantus surda debemus aure transire.

DE SENSV VISVS.

SEnsus visus quò aliis sensibus est præstantior, eò periculosior. Nisi enim rationis dominio refrenatus fuerit, ad multa peccata hominẽ illectat.

Peccant per visum

Qui sibi placentes instar pauonis se subinde respectant & admirantur: aut propter elegantem corporis cultum, aut scientiam, aut simile quicquam.

Qui superciliosè vagos oculos huc & illuc conuertunt.

Qui impudicos oculos ad mulierem concupiscendam adplicant.

Augustinus: Ne dicatis vos habere animos pudicos, si habetis oculos impudicos: quia impudicus oculus impudici cordis est nuntius.

Qui otiosè gestus aliorum, ornatum, incessum & similia obseruant, super iis sententiam ferentes.

Qui visa alterius felicitate dolent, aut via calamitate exultant.

Qui præ odio aliquos dedignantur aspicere.

Qui visam rem alienã sibi optant.

Qui vanas voluptates, res turpes, rerum nouitates videre malunt, quàm ea quæ sunt cultus diuini, & ad animæ salutem spectant.

DE SENSV GVSTVS.

IN lingua est virtus gustandi & discernendi sapores, & ea quę substantialiter corpus nutriunt. Hic sensus nisi rationis dictamine gubernetur, multarum ægritudinum multorumq; peccatorum est materia.

Peccant per gustum, quicunque

per

per gulam: de qua vide suo loco.

DE SENSV TACTVS.

QVatuor alij sensus in capite sedem habent: solus tactus per totum corpus diffusus est, maximè tamen viget in manibus, quia illò concurrit multitudo neruorum, qui sunt instrumentum tactus.

Peccant per tactum

Qui percutiunt, verberant, vulnerãt, aut occidunt proximum suum.

Qui furantur, aut rapiunt aliena.

Qui tactus impudicos & immundos in suis aut alterius membris faciunt.

Qui oscula impudica dant, aut eadem libenter recipiunt.

DE SENSV ODORATVS.

INstrumentum odoratus est nasus per quem ad cerebrum vsque odor trahitur.

Peccant per odoratum

Qui vini optimi, ciborum, placentarum, aut similium olfactu plus iu-

ſto delectati ea ſibi deſiderant.

Qui propter laſciuiam & voluptatem, vnguenta olent, aut eo odore ſupra modum delectantur.

Qui ex contemptu & faſtu, pauperes & valetudinarios plus ęquo exhorrent, nimis ſtudioſi, ne quid odoris ab iis percipiant.

De cauſis peccati alieni.

EST quando alius peccat, tamen peccati alieni eſt tibi reddenda ratio: & pro eo perinde damnaberis, atque pro tuo proprio peccato, nempe qui eius perpetrandi fueris proximo tuo cauſſa. Neq; ſolum peccatum iam perpetratum in tuum redundat caput: verumetiam omnia, quæ eadem de cauſſa in poſterum pertrahuntur. Pro quibus, ſi ſic decedas vita, vſque in diem iudicij in inferno pœna tua accidentalis in dies augebitur, duntaxat ſi peccatum tua cauſſa aliquando exortum, in longã poſteritatem tranſmittatur, quæ peccata decẽ ſunt numero.

Con-

Consulo, præcipio, consentio, prouoco, laudo.

Non retego culpam, non punio, non reprehendo,

Participo, defendo, meum in caput ista redundant.

Peccant ratione alieni peccati.

Qui alteri malum consulunt. Consilium.

Qui dant consilium vnde damnũ proximo infertur.

Qui peruersis moribus & doctrina alios imbuunt, & instituunt.

Qui aliis sunt scandalo.

Qui iubent subditis suis aliquid Iussio.
præter æquum & bonum.

Qui aliis iubent peccatum committere, alium lædere, aut alio quouis modo obesse.

Qui consentiunt ad mala faciẽda, Cõsensus
sine quorum consensu non fuissent perpetrata: tametsi non consuluerunt, nec iusserunt, quum impedire debuissent. Ad Rom. 1. Digni sunt morte,

non solum qui faciũt ea, sed qui consentiunt facientibus.

Irritatio. Qui aut dictis aut factis, alios ad iracundiam iniustè prouocant: vnde ij prouocati blasphemant, aut alia turpiora designant.

Qui sponsione, alióve quouis modo alios ad peccandum irritant.

Laudatio. Qui alteri adulantes, quæ perperàm facta sunt, ea laudant: cuiusmodi homines plerunque causa sunt, vt alius iteratò peccet. Adulantum enim linguæ alligant animas in peccatis: quoniam delectat ea facere, in quibus non solum non metuitur reprehensor, sed etiam auditur laudator.

Qui vel tacitè apud se lætantur, & probant malum ab alio factum.

Reticentia culpæ. Qui quando commodè possunt, non tamen manifestant peccata hominum iis, qui debent & possunt corripere & emendare delinquentes, duntaxat si sciant ex sua reuelatione proximum à peccato arcendum, & a-

lium

lium quempiam à periculo liberandum.

Qui quum possint, & ex officio debeant subditos corripere, & emendare, prohibereque ne alteri damnum inferatur: tamen aut conniuent in eorum peccatis, aut leuiter puniunt delinquentes, sic vt iterum peccare non curent. Indulgentia.

Qui præter æquum & bonum fontes absoluunt criminis.

Qui permittunt pauperes & impotentiores iniustè opprimi, cum iniustæ illi oppressioni possint obsistere.

Qui in aliorum peccatis obmutescunt, & proximum delinquentem pro viribus à peccato auocare negligunt. Bernardus: Nemo proximi vitia palpet, peccata dissimulet nemo: est enim consentire, silere, cùm arguere possis: & scimus, quia similis pœna facientes manet & consentientes. Omissio reprehensionis.

Participatio. Qui veniunt in partem lucri cum furibus & raptoribus.

Qui aliorum spoliis ditescunt.

Cõfugiũ. Qui malefactoribus patrocinantur, aut eosdem domui suæ retinent, excipiunt, aut celant, aut eorum peccata excusant.

De virtutibus Theologicis.

TRes sunt virtutes Theologicæ, quibus & scientia omnis & prophetia omnis militat, per quas anima nostra fertur in summam trinitatem.

Fides, Deo assentiendo.

Spes, in Deo confidendo.

Charitas, Deum summè amando.

Quæ sibi inuicem succedunt, sic vt charitas sine spe ac fide esse non possit. Fide enim titubante, charitas etiam ipsa languescit: si à fide quisquam ceciderit, à charitate etiam necesse est cadat. Nemo enim id diligere potest, quod non credit. Porrò si credit & diligit, bene agendo & bonorum morum præceptis obtemperando ef-

do efficit, vt etiã speret, se ad id quod credit & diligit, esse venturum.

Contra has virtutes peccatur vt in primo præcepto decalogi dictum est.

De quatuor virtutibus cardinalibus.

VIrtutes cardinales, in quibus tota bene beateque viuendi ratio vertitur, vt in cardinibus ostium sunt in memoriam reducendæ, vt diligens peccatorum disquisitio & examinatio fieri possit. Sunt igitur quatuor:

Fortitudo in aduersis.

Temperantia in prosperis.

Iustitia in retribuendo vnicuiq; quod suum est.

Prudentiã in præcauendis insidiis, & in electione rerum agibilium.

Fortis in aduersis, felici in sorte modestus:

Erga alios iustus, prudens in rebus agendis.

Peccant contra has virtutes

Fortitudo Qui grauius æquo tolerant morbos, paupertatem, damna, & alia mala quibus à Deo afficiuntur. In præsenti enim vita quamuis deliciæ temporales dulces sint, & tribulationes temporales amaræ: tamen tribulationis poculum lubens debet bibere, qui metuit ignem gehennæ: & contemnere dulcedinem seculi, qui aspirat ad gaudia cœli.

Qui alterius molestias impatientius æquo tolerant.

Qui timent, vbi timendum nõ est.

Qui in rebus aduersis animo cadunt: cùm deberent ex virtutum conscientia immobili mente inter aduersa constare.

Qui leues sunt, & leui ex caussa, pro locorum temporumque varietate, mentem quoque variant.

Qui à bono opere incœpto desistunt, nec in eo perseuerant.

Qui temerarij sunt: & ea, quæ supra

vires

vires suas esse noscunt, aggrediuntur.

Qui pusillanimes sunt: & ea quæ suis viribus noscunt paria, aggredi nolunt gratia otij.

Qui in rebus secundis plus iusto exultant, & superbiunt. Temperantia.

Qui omnem suam substantiam in ludis, scortis, & aliis rebus illicitis prodigunt, & profundunt.

Qui negligentes sunt in coërcendis delectationibus prauis.

Qui in omnes voluptates dissoluti sunt.

Qui voluptatum illecebris à Deo diuinisque præceptis auocantur.

Qui honorum & dignitatum nimis auidi sunt.

Qui erga hunc mundum & mundana nimio amore afficiuntur.

Qui contra rectæ rationis dictamen in distributione communium bonorum, aut beneficiorum ecclesiasticorum, aut in iudiciis publicis personarum sunt acceptatores, Iustitia.

&

& ratione amicitiæ, consanguinitatis, factionis, aut alterius illegitimæ causſæ minus dignos præferunt magis dignis, & ius, æquitatemq; peruertunt.

Qui proximo in necessitate constituto non subueniunt, quia in necessitate omnia sunt communia.

Qui reuerentiam & obedientiam debitam non impendunt iis, quibus debent.

Qui proximum delinquentem corrigere negligunt.

Qui animaduertendo in alterum aut modum excedunt, aut æquo sunt indulgentiores. Iustitia enim dum suum modum excedit, crudelitatis vitium gignit: sicut vicissim nimia pietas dissolutionem disciplinæ parit: fitque sæpenumero, vt vitium virtus existimetur.

Prudẽtia. Qui iustam diligentiam non adhibent: vt considerent ea, quæ de necessitate salutis facienda, dicenda, expetenda, aut cauenda sunt; vt qui non

consi-

considerantes (sicuti debēt) indictum esse ieiunium, comedunt: aut non aduertentes contractum esse illicitum, illum faciunt, quum tamen aduertere debuissent.

Qui indiscrete agunt aut modum excedendo, aut deficiendo. Est enim discretio non tam virtus, quàm moderatrix & auriga virtutum omnium ordinatrix affectuum, doctrix morũ & consummatio perfectionis: qua sublata, virtus vitium erit. Quæ si adsit, omni virtuti ordinem ponit, ordo modum tribuit, modus decorem & perpetuitatem. Nam circundit, vt nec plus, nec minus æquo fiat.

Qui temerarie & inconsulte opus arduum aggrediuntur. Salomon: Fili sine consilio nihil facias, & post factum non pœnitebis.

Qui quum possint & debeant scire aliquid, siue iuris, siue facti, tamen non adnituntur pro viribus, vt illud sciant: cuiusmodi sunt communia fidei, &

dei,& ea quæ fieri debent ratione officij,gradus,aut voti.

Qui minus bonum maiori bono debito præponunt: vt qui temporalia spiritualibus,terrena cœlestibus, hominis amorem diuinæ gratiæ præponunt. Qui enim spiritualibus delectationibus gaudere nó possunt,ad corporales delicias sese transferunt.

Qui minus sibi cauent à fallaciis & blandimentis mundi,carnis & dęmoniis.

Qui ab aliis quibuslibet damnis insidiis aut morbis pręuisis & prænognitis,sibi non cauent, & mala futura euitare negligunt.

DE DONIS SPIritussancti.

REquiescet super eũ (id est, Christum) spiritus sapientiæ & intellectus,spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis: & replebit eum spiritus timoris domini, Esaiæ vndecimo. Hic tanguntur septem dona spi-

na ſpiritus ſancti. Quamuis enim omne bonum nobis deſurſum ſit, deſcendens à patre luminum, ſunt tamen aliqua præcipuè, quæ trinitas ſua infinita & inexhauſta bonitate hominibus infundit, quę ſpiritui ſancto, ſicut & bonitas, attribuuntur.

Ea ſunt ſeptem:	Timor Dei.
Fortitudo.	Pietas.
Conſilium.	Intellectus.
Scientia.	Sapientia.

Eſto Dei metuens, fortis, pius, & bene conſul,
Ingeniíque boni, ſcius, & ſapiens,
Deus hæc dat.

De horum donorum abuſu ij confiteri debent, qui quum ſint à Deo iis benignisſimè donati ad vſum, non ad abuſum, tamen iis abutuntur.

OPERA MISERICORDIÆ corporalia.

ESurientibus cibum, & ſitientibus potum donare.
Nudos veſtire. Captiuos redimere.

Aegro-

OPERA MISERICORDIAE.

Aegrotos visitare. Peregrinos hospitari. Mortuos sepelire. Breuiterque omnibus miseris subuenire.

Pasce famescentes, pota nimium sitientes:

Indue nudatos, detẽtos carcere solue:

Vise male affectos, peregrinos collige porta:

Defunctos sepeli, breuiter miseretor egenis.

Aliter:

Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.

OPERA MISERICORDIÆ spiritualia.

Peccantes corrigere. Ignoranter docere. Dubitantibus rectè consulere. Pro salute proximi orare. Mœstos consolari. Iniurias ferre. Delinquenti ignoscere.

Corrige peccantes, ac instrue pauca scientes,

Consule non doctis, exora pro tribulatis:

Con-

Consorta mœstos, patiens incommoda perfer:
Offensasque tuis inimicis sponte remitte.

Aliter:

Consule, castiga, solare, remitte, fer, ora.

Sub hoc verbo consule, comprehenditur doctrina & consilium.

De omissione operũ misericordiæ corporalis, aut nõ satis iusta exequutione eorum, iis est confitendum, qui possunt & debent ea exhibere, si ea omiserint, aut non satis iustè compleuerint, quando recta ratio & charitas dictabant esse adimplenda. Quòd si facultas non sit, saltem debẽt misereri egenorum, eorumque vicem & calamitatem dolere. A quibus quamuis interim ex penuria & paupertate excusari possint, tamen ab exequutione operum misericordiæ spiritualis vix possunt excusari. Quia licet ignorãtes docere, & dubitantibus rectè consu-

lere non omnes posſint, nec peccantes corrigere, vt pote qui ſint rudes & ignorantes: poſſunt tamen pro ſalute proximi orare, mœſtos conſolari, iniurias ferre, & delinquenti ignoſcere. Non meminit Hieronymus ſe mala morte legiſſe mortuum, qui libenter exercuerit opera pietatis.

DE QVATVOR GENERALIBUS peccatis.

QVatuor ſunt gradus peccatorũ, ad quos cætera omnia peccata reducuntur, ſ. Cordis, Oris, Operis, Omiſsionis. Omnia enim peccata fiunt cogitando, loquendo, operando, vel omittendo.

Cogitat, aut loquitur, vel patrat opus, vel omittit,
Quiſquis peccati conſcius efficitur.

Cogitatio. Omnia peccata à corde, tanquam à fundamento, originem ſumunt: quia ſi prius cogitationi prauæ reſiſtimus, in lapſum operis non corruimus. Itaque magno ſtudio ſuperfluis cogita-

gitationibus est resistendum, eis assensum & delectationem non præbendo, quia funditus vix possunt amputari. Nam caro semper superflua generat, quæ spiritus solicitudinis ferro debet rescindere. Aliorum praua cogitatio parit delectationem, delectatio consensum, consensus operationem, operatio consuetudinem, consuetudo necessitatem, necessitas desperationem, desperatio peccati defensionem, peccati defensio gloriationem, gloriatio obstinationem, obstinatio æternam damnationem. Qua viriorum catena homo intricatus & implicitus ab ea explicari nequaquá valet, nisi diuina gratia specialiter manú porrigente. Magna igitur obseruantia est adhibenda circa cordis custodiã; cuius hæc sunt peccata,

Cogitatio superba. Arrogans.
Cupida. Simoniaca. Turpis.
Immunda. Odium. Simultas.
Indignatio. Animi tumor.

Iudicium temerarium.
Machinatio.
Hypocrisis.
Varius ac vagus mentis discursus.

De vanis, obscœnis & immundis cogitationibus est confitendum, nec non de prauis voluntatibus deliberatis, tametsi in opus exterius non exierunt. Itaque pœnitens de his confitebitur suo loco, dicens. Habui voluntatem deliberatam tale, vel tale peccatum committendi, quod commisissem, fuisset facultas: & nisi timuissem verecundiam, aut pœnam temporalem, aut aliud simile.

In lingua circunferimus vtrunque, & lethale venenum, & saluberrimum pharmacum. Nihil enim inter homines mala lingua nocentius: nihil eadem salubrius, si quis ea vtatur, vt oportet. Ad hæc mores hominis lingua pandit: & qualis sermo ostenditur, talis animus approbatur, quia pleunque ex abundantia cordis os loquitur.

quitur. Magna igitur opus est custodia, ad compescendum oris nostri claustra. Lapis emissus, sermo prolatus & dum otiosa verba cauere negligimus, ad verba noxia peruenimus. Peccata autem oris hæc sunt, Vana diuini nominis assumptio. Blasphemia. Periurium. Murmuratio. Peccati defensio. Mendacium. Detractio. Adulatio. Maledictio. Conuitium. Bonorum derisio. Prauum consilium. Discordiarum seminatio. Secreti reuelatio. Aliud corde sentire, aliud ore dicere. Indiscreta comminatio aut promissio. Iactantia. Falsus rumor. Otiosum verbum. Multiloquium. Turpiloquium. Scurrilitas. Indiscreta taciturnitas.

Hęc peccata oris maximè sunt cõsideranda ex affectu & voluntate dicentis.

Consummatio peccati est in opere: sed quia peccata operis infinita pe- Opus.

nè sunt, ideo breuitati consulentes, ea omittimus.

De omissione abundè dictum est in acedia.

De octo circumstantiis peccatorum.

Omissio.

CONfessarij, nec non sua peccata ipsius confitentes, pro viribus examinare debent, quibus circunstantiis peccata sint obuoluta. Plerunque enim peccati speciem aut mutāt aut augent. Species autem peccati tunc mutatur, quando distincta prohibitione prohibentur, & peccatum in aliud genus peccati mortalis trahitur. Itaque non sufficit confiteri de genere peccati, sed etiam de omnibus circunstantiis peccati speciem aut augentibus aut mutantibus.

Octo sunt circunstantiæ.

Quis, quid, vbi, per quos, quoties, cur, quo modo, quando,

Peccasti, dices: vt sit confessio vera.

De circunstantia personæ.

Primá

PRima circunſtantia reſpicit conditionem hominis peccantis: ſcilicet, cuius ſtatus, cuius dignitatis, cuius officii, cuius ordinis. Status enim peccantis auget peccatum: quia quod in vno laudatur, in alio interim vituperatur: quod in vno leue eſt & venia dignum, in alio interim graue eſt, & animaduerſione plectendum. Debet igitur hæc circunſtãtia diligenter examinari. Si enim pater, qui ex officio debet exemplum virtutis filio ſuo præſtare, coram eo delinquit, peccat grauius ratione perſonæ ex circunſtantia ſcandali, quod oriri ſolet ex tali perſona. Quis.

Similiter eſt dicendum, ſi præceptor ſcelus admittat coram diſcipulo, quem iudicat, aut iudicare debet, malum exemplum ſumpturum.

DE CIRCVNSTANTIA QUANTITATIS.

SEcunda circunſtantia conſiderat conditionem peccati; nempe Quid.

proprietatem, qualitatem, & quantitatem facti.

Grauius peccant.

Qui percutiunt, detrahunt, malè volunt parenti, magistro, aut benefactori, quàm si alteri.

Qui occidunt, aut plagam inferũt, quàm si tantummodo colaphum, aut leuem quampiam iniuriam inferrent.

Qui pauperi furantur, quàm si diuiti. Pudeat illis tollere, quibus iubemur offerre: vltrà omnes crudelitates est, diuitẽ velle fieri de exiguitate mendici.

Qui rem magni valoris furantur, quàm si modici.

Qui inuident alteri bonum spirituale, quàm si temporale.

Qui virginem violãt, quàm si corruptam.

Qui cum maritata alteri viro scortantur, quàm si cum cœlibe.

Qui bene merentem & beneuolum lædunt, quàm si alium quempiã.

Qui

Qui pauperis iniustè bona desiderant, quàm si diuitis, cui bona redundarent.

Et sic in aliis peccatis considerandum est quale sit peccatum, & in quẽ committatur.

DE CIRCVNSTANTIA loci.

LOcus in quo peccatum fit, est cõsiderandus : trahit enim plerunque peccatum ad aliam speciem. Furtum enim etiam rei profanæ, si fiat in loco sacro, sacrilegium dicitur, quod simplici furto grauius est. Vbi.

Sanguinis alieni violenta effusio, aut fornicatio facta in loco sacro, est grauior, quàm si alibi. Non est enim prorsus iniuria facienda loco sacro, nempè ad diuinum cultum dedicato. Ferre falsum testimonium in iudicio grauius est, quàm si extra iudicium.

Peccatum in publico factum grauius est, quàm si in priuato loco: quãdo peccator præuidet, aut peruide-

re debet scandalum alicuius esse inde exoriturum. Isidorus: Maioris est culpæ manifestè, quàm occultè peccare: dupliciter enim reus est, qui apertè delinquit, quia agit & docet.

DE CIRCVNSTANTIA instrumenti agentis.

Per quos. OMnia auxilia, omnia media, quibus peccatum perpetratur dicuntur instrumenta peccati, fitque ratione huius circunstantię peccatum grauius.

Grauius peccant,

Qui per clauem adulterinam, aut ferræ per subtilia instrumenta apertionem, aut similia intrant domum gratia furandi, aut alio quouis modo nocendi, quàm si per ianuam forte fortuna inuentam apertam, aut per muri foramen non obstructum.

Quid ad peccatum suum exequendum plures suscitant, & plurium adminiculo vtuntur, occasionem peccandi eis præstando, q̄ si vnius tantum.

Qui

Qui peccati sunt authores multis, quàm si vni.

Qui gladio, aut lamina ferrea lædunt, quàm si leuiori modo.

Qui consultò & ex certa malitia peccant, quàm si ex infirmitate.

De circunstantia numeri.

NVmerus peccatorum est diligenter discutiendus. Grauius enim peccant, qui multa peccata eiusdem speciei designant, quàm si pauca. Quam ob rem non solum numerus peccatorum operis in memoriam reuocandus est, sed etiam cordis & cogitationis, quo ad eius fieri poterit: nec solum quo ad numerum, sed etiã quo ad grauitatem. Quoties.

Veruntamen si numerus peccatorum commissorum te lateat, debes cõiicere quoties plus minúsve peccare potuisti in tali vel tali peccato. Debes etiam explicare quandiu in tuo peccato perseueraſti, non agens pœnitentiam: vt si annum, mensem, hebdoma-

domadam, diem &c. grauius enim est peccatum, quando diutius infelicem hominem detinet alligatum.

DE CIRCVNSTANTIA finis.

QVoniam maximè ex fine actus morales specié accipiunt, ea de re circunstantia finis est omnium præcipua: quia plus est consideranda peruersa voluntas, quàm nocumentum inde emanans: & quanto voluntas fuerit maior ad peccandum, tanto grauius est peccatum.

Grauius peccant,

Qui de industria, quàm si sine industria.

Qui sua sponte, quàm si coacti, aut ab alio ad peccandum inducti.

Qui animo nocendi, quàm si iocandi.

Qui sine vlla tentatione, & tentationem præuenientes, quàm si tentatione impulsi.

Qui ex nimia auaritia, quàm si ex pau-

paupertate.

DE CIRCVNSTANTIA MODI.

DIligenter est discutiendus modus peccati, & qualiter peccatum sit commissum. Nam quanto turpiori modo consumatur actus exterior, tanto grauior est. Quomodo.

Grauius peccant,

Qui fortiter lædunt, q̄ si leniter.

Qui ex ira & stomacho aliis quicquam exprobrant, quàm si tantum ex animi leuitate.

Qui vi rapiunt aliena, quàm si clá.

Qui in peccando se habēt actiuè, quàm si merè passiuè.

Qui reluctantem & inuitam violant, quàm si volentem, aut vltro sese offerentem.

Qui præter naturalem modū peccant, quàm si modo naturali.

Qui cum præmeditatione diuturna peccant, q̄ si repentino animi motu.

De circunstantia temporis.

Vti-

Quando. VLtima circunſtantia aggrauans peccatum eſt tempus. Longe enim intereſt, hoc an illo tempore peccetur.

Feſtis ſolennibus, quando debemus eſſe conſcientia pura, & vacante omni culpa, aut cùm venerabile Eucharistiæ ſacramentum ſumere volumus, peccatum tũc factũ grauius eſt, quàm alio tempore.

Machinari & cogitare malum proximo, tantiſper dum horarias precationes fundis ad Deum, aut dum ſacrum audis, grauius eſt, q̃ alio tempore.

Hæc aggrauant peccata,

Ordo, conditio, ſtatus digniſsimus, ætas,

Copia, cauſa, modus, mora, lucta puſilla, ſciensq́;

Et tempus, doctrina, locus, numerus, recidiuum.

Hæc plerunq́; ſolent grauiores reddere culpas.

De triplici peccato.

Tria

TRia sunt peccata in generali, Originale, Veniale, Mortale. De quibus singulatim tractabimus, si prius declarauerimus, veniale quid à mortali intersit. Inter alia mandata Dei sunt aliqua, quæ facere debemus sub pœna eius gratiam perdendi, & mortem æternam incurrendi: & sunt illa, quæ debitam Deo non seruant subiectionem, & inter homines societatem: sicut est amare Deum omni tempore, & loco, & eum non odisse: Non occidere proximum suum innocentem, & non auferre ei sua violenter, aut alio quouis modo iniusto. Sunt alia præcepta, constitutiones, & ordinationes, quæ non obligant nos nisi ad pœnam temporalem: quia transgredi ea non dissipat subiectionem Deo à nobis debitam, nec societatem, quam tenemur habere ad homines. Facere contra prima præcepta est, peccatum mortale: contra alias ordinationes, est peccatum venia-

veniale. Quemadmodum videmus quòd rex aliqua præcipit sub pœna mortis aut capitis, & aliqua sub pœna temporali: vtpote argenti, vel carceris ad tempus.

Tribus modis omne peccatum perpetramus.

Suggestione, Delectatione, Consensu. Primum per hostem. Secundum per carnem. Tertium per spiritum perpetratur. Insidiatos enim praua suggerit. Caro se delectationi subiicit. Ad extremum spiritus victus consentit.

Suggestione peccatum cognoscimus, Delectatione vincimur, Consensu etiam ligamur.

Crimen erit triplex: nobis ab origine natum,

Hic dignum venia, dignum quoque morte gehennæ.

Originale peccatum est carentia iustitiæ originalis, quam conseruaram oportuerat. Quòd à protoplasto Adam

sto Adam propter esum fructus vetiti est, & longam posteritatem translatum est, & per baptismum (qui contra illud nominatim institutus est (deletur, vna cum omnibus peccatis, si qua prius commissa sunt.

Veniale peccatum, quod venia nõ caret, etiam sine confessione. Quod tametsi animam non occidit, reddit tamen minus feruentem ad opus bonum. Itaque etiam ab omni veniali summa ope & diligentia est cauendũ. Caue autem dixeris in corde tuo: Leue est illud peccatum, non curo corrigere: non est magnum, si in hoc maneam veniali, minimoq; peccato. Hæc enim est impœnitẽtia, hæc blasphemia in spiritum sanctum.

Remittuntur peccata venialia.

Postrema vnctione. Dolore illius peccati.

Aspersione aquæ lustralis seu sacrę. Absolutione sacerdotis in sacrifi

cio. Tundendo pectus cum agnitione culpæ.
Feruenti oratione.
Meditatione passionis.
Facto signo crucis. Amore Dei & proximi. Adimpletione operum misericordiæ. Patientia in tribulatione.
Afflictione corporis.
Esu panis benedicti. Ieiunio.
Susceptione sacrosanctæ Eucharistię.
Condonando culpam proximo.

Duntaxat si hæc fiant cum pio motu & sancta affectione.

Mortale quod sine contritione & confessione, vel animo confitendi tẽpore & loco cõstitutis à Deo & sancta ecclesia, ad æternam mortẽ ducit. Contra quod peccatum pœnitẽtiæ & confessionis sacramentum est institutum. Inter quæ peccata ea sunt grauissima, quæ sunt contra spiritum sanctum, quæ contra Deum vindictã clamant, & ea, quorum absolutio summo põtifici aut episcopo est reseruata.

Pec-

Peccata in spiritum sanctum sunt sex.

Desperatio de misericordia Dei.
Præsumptio de misericordia Dei.
Obstinatio. Finalis impœnitentia.
Inuidentia fraternæ gratiæ.
Impugnatio veritatis agnitæ.

Peccata contra Deum vindictam clamantia.

Homicidium. Peccatum Sodomiticum. Pauperum oppressio.
Mercedis detentio.

Peccata reseruata summo pontifici

Enormis mutilatio clerici.
Simonia.
Aduſtio templorum. Instrumentorum apostolicorum falsificatio.
Sacrum factum tempore excommunicationis maioris, aut interdictionis à rebus diuinis.

Excipiuntur pueri, monachi, vetuli, pauperes, mulieres, & quibus propter bellum ad papam non patet

accessus, aut qui aliud legitimũ & necessarium habent impedimentum. Tales enim ab episcopo suo possunt absolui prædictorum criminum.

Inter cætera ab episcopo Parisiensi, anno. 1515. hæc sibi reseruata sunt.

Homicidium, Sortilegium, Sacrilegium, Hæresis, Simonia, Adulterium.

Stupra & raptus virginum & mulierum honestè viuentium.

Constupratio sanctimonialium.

Incestus cum consanguineis & affinibus intra quartum gradum.

Peccatum Sodomiticum.

Fornicatio cum ea quam de sacro baptismi lauacro susceperis, aut in cõfessione audiueris.

Matrimonij contractus, aut clandestinus, aut contra ecclesiæ prohibitionem.

Procuratio sterilitatis & abortiui.

Luxuriari in ecclesia consecrata.

Tem-

Templi & loci sacri profanatio.
Ecclesiasticam impedire libertatē aut iurisdictionem.
Impedire diuinum officium.
Profanus abusus rerū sacrarum velut Eucharistiæ, chrismatis, & similium.
Rem sacram facere in altari aut vestimentis non consecratis, aut post sumptum cibum.
Sepelire excomunicatum in loco sacro.
Excommunicati, qui nolunt tempore cultus diuini egredi templo.
Ordinari ab alieno episcopo nō obtenta prius facultate. Promoueri per saltum.
Celebrare tempore interdicti à rebus diuinis.
Oppressio. Vsura manifesta.
Conspiratio & coniuratio contra proprium prælatum ecclesiasticum.
Parentum percussio.
Percussio violenta sacerdotis, aut clerici.

Aduſtio domorum, fauor & conſilium in ea re.
Violatio fidei ſolenniter exhibite.
Inſtrumentorum publicorum falſificatio.
Mendacium & periurium in iudicio.
Votorum tranſgreſsio.
Blaſphemia in Deum & ſanctos.
Vxori aut viro ſuo mortem machinari. Intrare religionem viuente vxore poſt carnalem copulam.
Cęteraq; omnia peccata quibus commiſsis delinquẽtes in ſententiã maioris excommunicationis impingunt.

DE SACRAMENTIS.

SAcramenta eccleſiæ ſunt ſeptem ad curandas noſtras infirmitates, nobis à Deo data & inſtituta.
Baptiſmus cõtra peccatum originale.
Confirmatio contra infirmitatem & difficultatem ad bonum.
Ordo contra ignorantiam verorum. Ordinatus enim debet eſſe doctus vt alios poſsit erudire.

Hæc

Hæc tria ſuperiora ſacramenta iterari non poſſunt.

Quatuor autem quæ ſequuntur iterari poſſunt.

Pœnitentia, contra peccatũ mortale.
Coniugium, contra effrenem libidinem.
Euchariſtia, contra affectionem terrenorum: vt viſibiliter ſub ſacramento Deum videndo, per ipſum factum viſibilem, in amorẽ inuiſibilium rapiamur & excitemur. Poſtrema vnctio, contra veniale. Peccatum baptiſma vetus, veniale ſuprema.
Vnctio, mortale expungit confeſsio vera.
In virtute, fide quoque confirmatio firmat:
Ordo multa docet, venerabile corpus Ieſu
Affectus fugat humanos, Veneremq; proteruam.
Coniugium: ſeptem hæc ſic ſanant vulnera mentis.

Septem sacramenta disponunt ad ha
bendas septem virtutes.
Baptismus sacramentum est fidei.
Confirmatio, spei.
Eucharistia, charitatis.
Pœnitentia, iustitiæ.
Ordo, prudentiæ.
Extrema vnctio, perseuerãtiæ in fid
quę fortitudinis est cõplementu
Matrimonium, temperantiæ.

METHOD

CONFESSIONIS,
de pœnitentia & partibus eius.

QVINTA PARS.
De pœnitentia.

QVoniam operis institu
ratio exigit, vt potius
pœnitẽtia, quàm de al
sacramentis tractemus
ideò aliis, quę ad nostr
institutum non faciũt, omissis, de p
nitentia dicamus.

Pœn

Pœnitentia in genere est peccati cũ missi, cũ intima cõtritione, & firmo amplius nõ peccãdi proposito, emẽdatio: quę ad Deũ reuertendi initiũ est. Pœnitentia quid.

Pœnitentia
- Angelos lætificat.
- Impios iustificat.
- Amissa bona reuocat.
- Ad vitam æternam inuitat.

Bernardus: Tria sunt pœnitẽti necessaria: Abstinẽtia, per quã carnis superbia edomatur. Lectio, cuius fructu reformandus in vigorẽ animus saginatur. Oratio, cuius munimine & tutela, virtutum exanima proteguntur.

Pœnitenti necessaria.
- Veniæ spes.
- Cordis contritio.
- Culpæ confessio.
- Iniunctorum à sacerdote completio.
- Peccati fuga.

Pœnitentiæ partes.
- Cordis contritio.
- Oris confessio.
- Operis satis factio.

DE CONTRITIONE.

CONtritio (quæ ianua salutis citur) est peccatorum comm sorum displicentia, & odium su omne odibile, & propositum vita di peccata supra omne vitabile, n non confitendi & satisfaciendi vol tas tempore & loco. Hæc autem or tur ex consideratione propriæ iniqu tatis, & timore iudiciorum Dei, cum spe veniæ: quia timor Dei sine sp veniæ non pareret contritionem, sed desperationem. Idcirco spes diuinæ misericordiæ debet esse causa contritionis.

Attritio est displicentia peccati, sed non supra omne odibile: & propositum vitandi peccatum, sed non supra omne vitabile, quod ad delectionem peccati mortalis non sufficit.

Requisita ad veram contritionem.

Primum. Quòd pœniteris ex actuali dilectione Dei detestetur peccatum propter

pter Deum: quia Dei est offensiuũ, & contra eius honorem, & quòd apud se statuat Deo duce in futurum abstinere non solum à peccatis commissis, de quibus dolet, sed etiam ab omnibus mortalibus: sic vt nollet pro quacunque re consultò peccatũ mortale admittere.

Quòd paratus sit iis satisfacere, quos aut dicto aut facto offendit. Secundũ.

Quòd si efficere non possit, saltem quòd doleat illi ex animo, quòd proximo iusestus fuerit. Præterea quòd habeat voluntatem satisfaciendi proximo, cum aut per facultates, aut per opportunitatem licebit.

Quòd parcat iis, qui ipsum quocunque modo offenderunt. Credendum enim est nobis planè nõ dimitti quæ commisimus, si nos inexorabiles ad dimittendum aliena peccata fuerimus. Tertium.

Quòd paratus sit sese abdicare officio vel negotio, quod sine peccato Quartum.

mor-

mortali exerceri non potest, & peccatorum occasiones pro viribus vitare.

Quintũ. Quòd habeat firmum propositũ confitendi & satisfaciendi Deo, tempore, & loco pro peccatis commissis: quod propositum in necessitate habet confessionis & satisfactionis effectum.

Hæc quinque prædicta veræ pœnitenti vna debent inesse, vt vera sit contritio, & non dissimulata.

Quicunque ex animo & deuotè sequentes veritates dixerit, sciat se esse in gratia, vel si omnia prædicta peccata admisisset.

Prima veritas. DOmine Iesu Christe, sic vel sic contra tuam infinitam bonitatem peccaui, quod mihi in primis displicet: rationi cuius pœnitentiam ago, quia te offendi, qui totus es venerandus & colendus: quodque mandatũ tuum transgressus sum.

Domi-

DOmine IESV Christe, bonum habeo propositum tuo iuuamine intercedente mihi in futurum præcauendi, ne recidam in peccatum: & peccatorũ occasiones pro viribus cuitandi. Secunda.

DOmine Iesu Christe bonam habeo voluntatem peccatorũ meorum confessionem integrè faciendi tẽpore & loco secundum tuum & sanctæ matris ecclesiæ præceptum, nec non restituendi vnicuique ablatum, quum facultas erit. Tertia.

DE CONFESSIONE.

COnfessio est legitima coram sacerdote peccatorum declaratio, cum legitima sacerdotis absolutione eorundem. Non enim sufficit mentalis contritio, nisi adsit vocalis confessio tempore & loco.

Confessio debet esse.

Voluntaria, Præmeditata, Diligens, Integra, Accusatoria, Propria, Contrita, Verecunda, Humilis,

Opti-

Voluntaria. Spei plena, Vera, Nuda.

Optimus quisq; Christianus libere & voluntariè, non solum ex cósuetudine, timore, aut verecundia humana confiteri debet: alioqui confessio non esset Deo accepta, nec homini salutifera, vtpote quæ non procederet ex charitate: sed tantum ne homo omnibus esset despectui, tanquam ab auito amore recedens.

Præmeditata. Homo debet prę meditari, quomodo in cófessione dicet: quę diuisim, quæ coniunctim: debetq; tantã diligẽtiam adhibere ad peccata sua ad memoriam reuocanda, & vitæ anteactę subducendã rationẽ sacerdoti Dei vicario, q̃ si pro re tẽporali, eaq; ardua & magni momẽti reddenda foret ratio. Aliis plus tẽporis, alliis verò minus requiritur ad examinadã cõscientiã secundũ quod in breuius aut lõgius tẽpus confessionẽ distulerint: aut interea magis minúsve soliciti fuerint de peccatis suis memorię cõmittẽdis.

Sicut

Sicut pro euitãda morte corporali omnimoda diligentia obseruatur: ita expedit, vt pro recuperanda æterna vita, omnis cura ac diligentia cautius adhibeatur. Augustinus: Cum gaudio debet facere immortalis futurus, quæ faceret pro differenda morte, moriturus. Itaque pœnitens paratus sit facere pro animæ vita recipienda, quæcunque faceret pro corporis morte vitanda. Diligens.

In confessione ex industria peccatum mortale tam certum quàm dubium cum circunstantiis necessariis nõ est reticendum. Deus enim dimidiatam confessionem non accipit, nec dimidiatam veniam dat: quia nunquam vnius peccati mortalis quempiã absoluit, quin eadem opera omnium absoluat. Quòd si confitens negligit discutere conscientiam suam, id apud se parui faciens, & aliquid confessioni necessarium omittat, integram non facit peccatorum confessionem. Integra.

Pecca-

Accusatoria.

Peccator debet se accusare, p
ta sua sacerdoti exponere : &
quàm confessario sese præsente
scientiam suam examinare, & no
pectare quoadusque sacerdos eu
singulis interroget. Dumque p
ta sua exponit, non debet sibi par
non deo suam culpam adscribere
fortunæ, non constellationi,
diabolo, non sodalitati, non
do, non complexioni, non
sed debet circunstantias aggra
tes explicare, reticere autem exc
tes, culpamque omnem in se t
ferre debet. Non enim peccatu
nisi voluntarium. Augustinus
ctus est, & bene inuocat Deum
in omnibus malis, quæ patitur,
cusat, non Deum : & in bonis,
facit, non se laudat, sed Deum
cut enim repellit Deus peccata s
fendentem, sic recipit confitent
Apud quem iudicem iustum &
sericordem, qui se peccati acc

ille se excusat: & qui se peccati excusat, ille se accusat.

Qui de peccatis confitetur, de suis tantum, non de alienis peccatis confiteatur. Et eorum, qui in scelere fuerunt participes, nomina dissimulet silentio: nisi peccati species exprimi nõ possit citra declarationem eius, qui in crimine conscius & particeps fuit. Quo tempore eligendus est sacerdos, qui in cognitionem consortis in crimine venire non possit. Præterea in confessione nihil admiscendum est, quod ab eius ratione alienum sit. Propria.

De peccatis est confitendum, cum displicentia omnium peccatorũ mortalium commissorum supra omne odibile, & cum proposito vitãdi omne peccatum mortale, supra omne vitabile. De quibus quanto amplius compungimur, tanto magis peccatorum vincula, quoad pœnam, relaxantur. Sunt igitur cum dolore & amaritudine cordis peccata in memoriam re- Cõtrita.

uocanda. Nequaquam verè pe
tentiam agit, qui ex peccatorum
rum recordatione nullam habe
ritus tribulationem: quod quider
probis est peculiare.

Verecūda

Pœnitens peccata sua cum pu
re & verecundia explicare debet
vt inde turpitudinem & fœditat
propriæ animæ erubescat. Quæ
recundia ex Dei gratia adscribitu
partem satisfactionis, si pro Dei
more amplectendo superatur.
Bernardus: * Ideo iubemur cō
teri peccata, vt erubescentiam habe
mus pro pœna. Erubescentia en
magna est pœna: & ideo qui p
Christo erubescit, dignus sit mi
ricordia. Siquidem quantum displi
Deo impudentia peccatoris, tantu
eidem placet verecundia pœnitenti
Sunt tamen, qui, vt minus verecun
dentur, quia in idem peccatum sæp
recidunt, frequenter confessarium m
tant, quum potius deberent ad maio

rem

rem verecundiam eidem sæpius & clarius confiteri.

Confessio quatuor modis debet esse humilis. Quantum ad intellectũ, vt pœnitens agnoscat se miserrimum peccatorem & venia indignũ. Quantum ad affectum, vt confessario & diuino iudicio se subiiciat. Quantum ad linguam, vt cum reuerentia & tremore, quasi coram Christo, peccata sua exponat. Quantum ad actus exteriores, vt vir pœnitens aperto capite (si patitur sanitas) ob reuerentiam Christi & sacramenti, flexisque genibus humiliter sua explicet peccata. Melior enim est in malis factis humilis confessio, quàm in benefactis superba gloriatio. Non potest autem cor humiliari coram sacerdote in confessione, nisi prius fuerit contritum. Vnde in Psalmo dicitur: Cor contritum & humiliatum Deus non despicies. Prius dicitur contritum, & postea humiliatum. Humilis.

Spei plena Confitens in ea spe esse debet
posse à Deo veniam consequi, q
tumcunque peccauerit, si mod
confessione facienda suo strenuè
fungatur officio. Quandoqu
pœnitentia, quæ ex fiducia non
ficiscitur, est inutilis & sterilis ve
manetque sine misericordia.

Vera. In confessione nihil falsi ex in
stria homo debet inferre, fictè se
dando vel vituperando: quia
mendacium in iudicio sacramen
& faceret iniuriam iudici, id est, c
fessario, Christi vicario.

Nuda. Confessio debet esse nuda, ab
obscuritate verborum occultante
cata, aut peccatorum circunstan
Omnia enim peccata quantume
que turpia exponenda taliter su
vt confessarius plenè & clarè
intelligat peccati speciem
cum circunstantiis
aggrauan-
tibus.

Mer

Methodus se præparandi ad confessionem.

QVi integrè confiteri volet, intra secretum mentis suæ cubiculum (vt seipsum valeat cognoscere) paululum requiescat, cætera præter Deum & peccatorum disquisitionẽ excludens. In primisque Deum precetur, vt eius mentem illuminet, ad cognoscendum omnia peccata sua: quorum vt in mentem veniat, quinque sunt considerandа, & diligenter examinanda.

Ea sunt, Tempus, Inclinatio, Status, Societas, Species peccatorum.

Primo meditandum est à quo tempore de peccatis facta non sit confessio. An tunc confessio fuerit integra, sic vt pœnitens nihil consultò reticuerit. An tunc habuerit voluntatem posthac à peccato abstinendi: alioquin enim confessio esset iteranda. An pœnitentiam à sacerdote iniunctam ad- Tempus.

impleuerit. Præterea qui integrè confiteri volet, disquirat & diligenter examinet, post nouissimam confessionem quæ tempora interfluxerunt, & quæ iis temporibus aut publicè aut priuatim fieri soleant, vt delicta illis temporibus patrata in memoriam possit reuocare.

Inclinatio Secundo consideret, ad quæ peccata sit procliuis & propensus, & quoties in die aut hebdomada in eo peccato potuit peccasse. Alios enim in hoc, alios in illud peccatum natura genuit procliues: & nemo est nisi mentis inops, qui facile non agnoscat inditos sibi natura stimulos ad aliud atque aliud peccatum.

Status. Tertio consideret cuius sit conditionis & status: An scholasticus, An præceptor: An famulus, An dominus: An clericus, An laicus: An religiosus, An secularis. Deinde semel atque iterum discutiat, quæ sui sunt officij, & in quibus eiusdem conditionis

tionis homines peccare solent.

Quarto considereret quibuscum domi, & in quotidiana consuetudine sit versatus : & quibuscum extra domũ, in conuersatione extra ordinaria. Societas.

Quinto considereret in quo peccauerit: quod vt commodè fiat, per decem præcepta discurrat, per peccata capitalia, per quinq; sensus, & alia. Considereteque, An cogitatione, An locutione, An opere, An omissione, An sceleris participatione peccauerit, An alteri quocunque modo fuerit caussa peccandi. Species peccatorum.

Quamuis enim omnia peccata mortalia sint contra aliquod decem præceptorum: tamen quia alij vnum peccatum capitale cõtra illud præceptũ, alij contra aliud esse cõtendunt, sic vt nõ sit facile discernere contra quod præceptum dici possit : Idcirco rudioribus consultũ volẽtes, ea distinximus, quinque sensus, caussas alieni peccati, virtutes cardinales, opa misericordię,

etiam ab iis distinguentes, quę o
ad illa reduci poterant: facilior ta
est confessionis Methodus, sin
in hunc ordinem digestis. Sed de
satis: interim cò redeamus, vnde
gressi sumus.

Postquàm pœnitenti vener
mentem vnius peccati, non priu
aliorum peccatorum disquisitio
pergat, quàm de hoc peccato no
natim doluerit, & illud detestatus
sic vt vellet non factum, proponat
in illud nunquàm recidere. Debe
nim de singulis peccatis mortal
singulatim dolere, & conteri, si n
dò ad id satis habeat temporis: a
qui enim sufficeret vna generalis
tritio. Deinde sæpius apud se di
tiat & pensiculet omnes circunst
tias ad numerum illius peccati & s
ciem pertinentes, scilicet,

Quis ipse fuerit, cùm peccauit:
ius cõditionis & status. An ex eo
cato alteri fuit scãdalo & offendic

C

Quid fecerit: an periurium, an mendacium &c. An locutione, An consensu, An voluntate, An opere, An omissione peccauerit. Quid damni peccatum attulerit.

Vbi peccauit, An in loco sacro, An in publico.

Per quos, vel cum quibus hominibus, & cuius conditionis & status.

Quoties: An semel tantùm, An sæpius. Quod si numerus peccatorum eum lateat, considerare debet, quoties plus minúsve peccasse potuerit, præterea quandiu in peccato permanserit, aut perseuerauerit.

Cur: An ex timore, An ex coactione, An ex crassa & supina ignorantia, Au ex pura malitia.

Quo modò, & quàm enormiter peccauerit: An hoc, An illo modo.

Quando peccauerit: An die festo, & quando debeat esse pura conscientia, & omni culpa vacante, An die profesto. Quibus octo circumstantiis

diu multumque animo agitatis, tum demum ad aliorum peccatorum disquisitionem pergat, & in singulis peccatis, quæ comperiet se commisisse, circunstantias eadem ratione disquirat.

Dum autem pro virili singula peccata sua vestigauerit, cũ magno cordis mœrore de omnibus peccatis cognitis, ignoratis, & oblitis generaliter doleat. Necnon de peccatorum obliuione, quæ ex ignorantia contigerit, si modò putat aliqua commisisse, quę ipsi exciderint.

Postea consideret, non solum in quo offenderit, sed etiam quem offenderit, quàm bonum, quàm benignũ, quàm pium, quàm propitium patrẽ, creatorem & benefactorem suum. Quòd eum à se abiecerit, & diabolũ eius inimicum intromiserit. Quòd innocentiam à sua anima abegerit, & eius inimicam introduxerit iniquitatem.

Deinde

Deinde consideret pœnas inferni, quas per sua peccata iustè commeruit. Dolorosam Iesu Christi passiònem, cuius fructu (si in eo statu vita decessisset) fuisset priuatus. Paradisi gaudia, à quibus se sua sponte exhæredauit.

Postremo eligat sibi confessarium inter eos, qui eum absoluere possunt, optimum: & criminis, de quo vult confiteri non conscium, discretum, & qui peccatis possit adhibere remediũ. Augustinus: Qui omnino confitetur, sacerdoti meliori, quàm potest, confiteatur. Quòd si pœnitens non possit confiteri coram sacerdote, quem desideranti nec tempus, nec locus offerat, Tanta vis confessionis est, vt, si deest sacerdos, confiteatur proximo.

Documentum vtile ad integram confessionem.

VT melius possis confiteri, vtile esset semel in die, & maximè antequam te in somnũ dedas, exami-

nare

nare quo modo tempus expenderis,
& discurrere per singulas horas, co-
gitando loca in quibus fuisti, & cum
quibus hominibus: quid cogitasti,
quid dixisti, quid audiuisti, quid fe-
cisti, quid omisisti: an ex eo peccato
aliis dedisti materiam peccandi: & si
de aliis circunstantiis. Inde tibi do-
leat, quòd dominum Deum tuum
per ea peccata offenderis. Habebis e
tiam propositum confitendi tempo
& loco, & post hac à Dei offensa p
viribus præcauendi. Quòd vt ti
largiri dignetur, eius implorabis a
xilium: quia citra eius opem ne à m
nimo quidem peccato liberari pos
& nisi præseruaret te Deus in grau
sima quæque peccata corrueres. N
est cur te pigeat mentem tuam in
examine exercere: quia pax & læ
mentis, quam inde consequeris, e
dit omne gaudium mũdanum: q
si absque magna animi difficu
hunc modum confessionem pra
di

ditandi volueris obſeruare, ſtude in paucis delinquere, vt pauca poſsis recolere & confiteri.

Ne prius admittas ſomnum, quàm cuncta diei
Acta ter excurras, bona ſeu mala quæque notando,
Excelſi, quidnam deliqui, quid vel omiſi
Incipiens, vbi nam primum me perdidit error.
Turpia deinde animo conſtans extrudere tenta:
At bona ſi qua tibi fuerint, gratabêre lætus.

Quæ inter confitendum obſeruanda ſunt.

VBi pœnitens ſecum omnia diligenter diſcuſſerit, & penſiculauerit: tum demum cum maximo pudore, contritione, humilitate, & fiducia veniæ, à Deo impetrandæ: non tanquàm peccatorum ſuorum fabulam recitaturus, ſacerdoti ſe offerat, &

facto

facto crucis signo dicat:

Benedicite pater.

Et post pauca sacerdotis verba, dicat:

Confiteor Deo omnipotenti, & beatæ Mariæ semper virgini, bono angelo meo, & omnibus sanctis Dei, & vobis pater: quia ab hora qua peccare potui, vsque in præsentem diem peccaui nimis cogitatione, locutione, opere, & omissione. Mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa.

Hic incipiat dicere, quomdo peccauerit, primum in fide & articulis fidei, deinde in præceptis decalogi, in peccatis capitalibus, in quinque sensibus, an peccati alieni causſa fuerit, & quomodo. Dicatque an cogitatione tantum, an etiam opere, an locutione, an omissione peccauerit, non omittens simul confiteri de circumstantiis peccatum aggrauantibus. Quòd si inter confitendum hunc ordidem seruare noluerit, duobus modis poterit

peccata.

peccata exponere.

Primo modo. Si à die nouissimæ suæ confessionis incipiat, & per singulos dies aut hebdomadas vsque ad præsentem diem discurrendo, dicat peccata, quæ temporibus illis commiserit. Aut ordine retrogado, à præsenti die incipiat & peccata sua explicando, vsque ad nouissimæ confessionis diem gradatim ascendat.

Secundo modo. Si grauissima quæque peccata, quæ certò nouerit se fecisse, & postea leuiora peccata explicet, quibus explicatis, generalia & leuia peccata dicat, quæ numero vix possunt explicari: vt sunt cogitationes leues & otiosæ, verba leuia & otiosa, negligentia & pigritia, iactura temporis, auersio cordis à DEO inter orandum, non satis iusta de beneficiis DEI gratiarum actio, superflua cura de corpore & rebus temporalibus, turbationes leues contra proximum, iudicium leue alieni

ue alieni cordis, & similia.

Pœnitens inter confitendum de vana gloria ratione alicuius boni spiritualis habita, aut de omissione alicuius boni quod sit solitus facere, summopere caueat, ne ex declaratione illa in maiorem vanam gloriam impinguat, vtpote volens ea ratione confessario suo iudicari deuotus. Caueatque ne de humili, frequenti & pura confessione, aut de paucis leuibusque peccatis appetat à confessario commendari: quod si senserit se vulneratum, non timeat in fine cõfessionis detegere vulnus. Vbi autem quæcunque nouerit confitens, sacerdoti humiliter diligenterque declarauerit addet:

In istis & in multis aliis ego miserrimus peccator offendi creatorem meum: ideo dico meam culpam, meam culpam, meam maximam culpam: & rogo à Deo veniam, precorq; beatissimam virginem Mariam, bonum

num angelum meum cum omnibus sanctis, & te patrem, vt oretis pro me miserrimo peccatore apud dominum Deum nostrum Iesum Christum omnipotentem, vt misereatur mei. Si plura occurrerent, libenter confiterer: à te autem pater mi suppliciter peto, vt à peccatis me absoluas, & sacrosanctæ ecclesiæ me reconcilies.

Excommunicatus maiori excommunicatione debet prius eius absolui ab eo, penes quẽ est absoluere, quàm possit à curione suo de aliis peccatis absolui.

Sed de reseruatis, quæ excommunicationi non subiacent, potest à curione (cui de omnibus peccatis confiteatur) absolui: ea tamen lege, vt postea super reseruatis adeat episcopum, aut eius vicarium: cui si prius de reseruato tantum confiteatur, postea tamen curioni suo de omnibus peccatis suis confitens, plenam de omnibus peccatis & reseruatis & non reseruatis,

tis, petat absolutionem.

Veruntamé in extrema necessitate vnusquisque sacerdos non tantum ab omni peccato, sed etiam ab omni sententia excommunicationis potest absoluere. Si tamen conualescat, episcopum adire obligabitur.

Hic notandum est, nos non posse passim & à quolibet sacerdote de peccatis nostris absolui: sed tantum à summo pontifice, episcopo nostro, & curione, aut à sacerdotibus, quibus ipsi hanc potestatem fecerint.

Si pœnitens videat propter causam rationabliem se aut non posse aut non debere iniũctam à sacerdote pœnitentiam adimplere, cõfessario causam humiliter declaret, & aliam pœnitentiam postulet.

QVAE POST CONfessionem obseruanda sunt.

Pœni-

POenitentiæ adimplendæ prima cura esse debet. Postea longanimitati & patientiæ diuinæ agendæ sunt gratiæ, qua ipsum peccatorem expectauit ad pœnitentiam, nolens eum continuò iudicare, sed patienter sustinens peccata: neque propterea ab eo retraxit sua beneficia. Postremo cauendæ sunt periculosæ occasiones peccandi in eodem peccato, de quo pœnitens anteà fuerit confessus.

DE SATISFACTIONE.

SAtisfactio est peccatorum causas excidere, nec suggestionibus earũ aditũ indulgere. Causæ autem peccatorũ sunt occasiones alliciẽtes ad peccandum. Ex contritione & proposito cõfitendi tẽpore & loco, Deus absoluit hominẽ à culpa, restituitq; gratiã gratum facientem, non tamen totam pœnam peccato debitam remittit hoc ipso: sed pœnam æternam mutat in temporalem, in mundo aut purga-

torio luendam. Sed quia purgatorij pœna omnem mundi pœnam excedit: peccata quoque nostra si nosipsi in præsenti puniremus, nullum qui ea in futuro seculo puniret inueniremus: Idcirco tempore gratiæ & misericordiæ (id est tempore vitæ nostræ) satius esset pœnitentiam agere, & peccatis nostris satisfacere, quando leui supplicio grauissimam purgatorij pœnam euitare possumus, quàm tempore iustitiæ & seueritatis pœnas condignas pendere: vbi quod deest de voluntario, suppletur in tormento. Itaque satius multo est, vt bona quæ pro anima nostra post mortem nostram ab amicis expectamus, eadem nosipsi agamus: quàm vt amicis nostris, fortasse oblitis, ea committamus agenda. Beatius quippe est liberum exire, quàm post vincula libertatem quærere.

Sacerdos pœnitentiam iniungit confitenti duabus de causis. Aut vt

ex la-

ex labore adimplendæ pœnitentiæ, pœnitens in posterum à tali arceatur peccato: Aut vt ea sit satisfactoria partis pœnæ peccato debitæ, alioqui in purgatorio luendæ.

Grauiora peccata grauiorem requirunt pœnitentiam, leuiora autem læuiorem. Quia qualis præcessit offensio: talis debet subsequi reconciliatio: & tanto debemus ad peccati nostri vltionem esse proniores, quanto ad culpam fuimus propensiores: & quanta fuit peccati voluntas, tanta esse debet ad pœnitendum deuotio: vt iuxta mensuram culpæ, sit & mensura pœnæ. Non enim leui contritione agendum est, vt debita illa remittantur, quibus mors æterna debetur: nec pauca opus est satisfactione pro peccatis illis, propter quæ paratus est æternus ignis. Quorum onus aut animæ suæ læsionem qui perfectè sensérit, ille quidem nullo modo aut certè parum sentiet corporis pœnam: nec

reputabit laborem, quo peccata nouerit deleri præterita, & caueri futura.

Pœnitens omnes pœnitentiæ suæ fructus paruos reputet: nunquam credat sufficere, semper doleat, semper coram domino, ante quem peccauit, erubescat: dolorem cum vita finiat: vbi deficit dolor, deficit & pœnitentia: si autem pœnitentia finitur, quid de venia relinquitur?

Optimus satisfaciendi modus est, commissi peccati frequens detestatio. Deus enim quando absoluit hominem à vinculo peccati, ligat eum vinculo perpetuæ detestationis peccati, saltem in habitu: vt si aliquando peccati in mētem venerit, illud nominatim detestetur: alioqui videretur illud approbare, & rursus delinquere. Bernardus: Verè pœnitens semper est in dolore & labore: dolet de præteritis, laborat pro futuris cauendis.

Non sufficit à peccato desistere, tametsi

tametsi id aliquid est, nisi peccati sufficiens agatur pœnitentia. Neque enim scriptor si à scriptione cessauerit, quia alia non addidit, etiam illa, quæ scripserat, deleuit. Nec & simili modo qui contumelias irrogat, si solummodo tacuerit, satisfecit: quum profectò necesse sit, vt verba præmissæ superbiæ verbis subiunctæ humilitatis impugnet. Nec debitor absolutus est, quia alia non multiplicat: nisi & illa, quæ mutuo acceperat, soluat. Ita & dum Deo deliquimus, nequaquam satisfacimus, si ab iniquitate desistamus, nisi voluptates quoque quas dileximus, è contrario appositis lamentis insequamur.

Opus satisfactorium. Contritio. Confessio. Verecundia confessionis comes. Detestatio peccati. Eleemosyna. Ieiunium. Oratio.

Per eleemosynam intelligitur executio operum misericordiæ & corporalis & spiritualis, & quicquid fa-

cimus in vtilitatem proximi. Per ieiunium omnis corporis afflictio & tribulatio.

Per orationem, omne opus interius & exterius ad cultum latriæ pertinens: cuiusmodi sunt omnes gestus corporis, quibus Deo seruimus, sancti affectus, & similia.

Opus satisfactoriũ debet esse Voluntarium. Bonum. Bene factum. Cedens in Dei honorem. Laboriosum suapte natura.

DE PECCATO reciditio.

ILle duntaxat pœnitentiam dignè agit, qui sic præterita mala deplorat, vt futura iterum nó committere proponat. Augustinus: Inanis est pœnitentia, quam sequens culpa coinquinat: nihil prosunt lamenta, si replicantur peccata: nihil valet à malis veniam postere, & mala denuò iterare. Idem alibi: Caueat præterita, quem vera delecta pœnitentia: bona enim est

peccati

peccati confessio, si & curatio consequatur. Nam quid prodest detegere plagam, & non adhibere medicinam? Vis verus pœnitens esse, cessa à peccato, & noli amplius peccare. Caue autem dixeris te non posse à peccato abstinere, quantumlibet laberaueris. Benignus est enim Deus (inquit Bernardus) qui non patitur nos tentari, vltra quàm possumus: maximeq; inter initia conuersionis oleo misericordiæ linit vlcera: vt nec morbi quantitas, nec curationis difficultas vltra q̃ expedit, innotescat. Quoniam igitur plerique de peccato dolent, confitentur, & satisfaciunt, subinde tamen in idem peccatum recidunt: Idcirco de peccati fuga est nobis dicendum.

Peccatum vitatur peccandi occasionem cauendo: vtpote,

Voluptatem. Ludos prohibitos.
Spectacula turpia.
Prauum sodalem. Et id genus reliqua.

Qui cognoscet se in aliquod pec-

catum procliuem, & ſæpe in id peccatum recidere: tribus ad id vtendum vtetur remediis.

Primum. Apud ſe ſtatuat, quoties in id peccatum reciderit, primo quoq; tempore ſatisfactionis partem impl re: veluti in pane & aqua ieiunare, a pſalmos pœnitentiales dicere, aut p cuniam aliquam pauperibus irrog re, aut intra tertium diem de illo pec cato confiteri, aut aliud ſimile opu bonum facere.

Secũdum. Apud ſe ſtatuat, quòd quoties de eo peccato tentabitur, ſeptem pſalmos pœnitentiales dicet, aut paſsionis hiſtoriam, aut ad virginem Mariam hãc vel illam dicet orationem, aut ad aliũ quempiam ſanctum, aut ante crucifixi imaginem toties flectet genua, priuſquam ad peccatum illud animi ſui adplicet cogitatum.

Tertium. Apud ſe ſtatuat, quòd quoties de eo peccato tentabitur, animum ſuum adplicabit ad cogitãdum malum inde

ſibi

sibi euenientis: vtputa damnationem æternam, mortis periculum, mortem omnibus horis imminentem, priuationem gaudiorum paradisi, cõsortij Dei & sanctorum eius, societatem dæmonum & damnatorum, & similia id id genus.

Mors tua, mors Christi, fraus mundi, gloria cœli,
Et dolor inferni, sunt meditanda tibi.

METHODI CONFESSIONIS, DE arte bene moriendi.

SEXTA PARS.

De mortis necessitate.

Primum caput.

STatutum est omnibus hominibus semel mori, in pœnã quidẽ grauissimã propter peccatũ primorũ parentũ. Istã enim mortalitatẽ (id est moriendi necessitatẽ) primi parentes transfuderunt in posteros: quia de fructu vetito edentes, in Deũ pec-

cauc-

dem hora esset sine dubio moriturus: senibus enim est in valuis, iuuenibus verò in insidiis. Cuius horam Deus voluit nos latere, vt dum incerti essemus quando moreremur, semper ad mortem parati inueniremur. Quamobrem homo viuens & incolumis, debet Deum suum agnoscere, & ad eum conuerti, & non expectare vsque ad horam mortis. Quia imprudentem hominem & impræmeditatum plerunque mors intercipit: & qualem mors inuenit hominem, talem homo inuenit mortem. Perfecti moriuntur cum securitate & lætitia: Iusti, cum spe & fiducia: Iniusti, cum tremore & diffidentia.

Quòd viris iustis mors est desiderabilis.

INter infinita pericula iugiter ambulamus, nimirum inter dæmonum laqueos, hominum gladios, carnis motus illicitos, corporis pœnas, dolores, Tertium: caput.

lores, laboresque nimios. Ruinosū est corporis domicilium, in quo viuimus: procellosum est mundi pelagus, inter quod currimus: periculosum est quicquid terrenum diligimus. In quibus enim voluptatē quærimus, in iis miseriam plerunque inuenimus. Et vbi felicitatis locus esse creditur, maior plerunque infelicitas inuenitur. Nec ab re cœlestis illa prouidentia præsentem vitam, tot tantisque his malis cumulauit: sed secundū altitudinem sapientiæ suæ misericorditer constituit, vt per temporalia quæ patimur, purgaremur à peccatis præteritis, & caueremus diligentius à futuris, retunderetur nostra superbia, & negligentia seu væcordia propelleretur, & augerentur merita; imò compelleremur mundum contemnere, vitam caducam parui facere, ad Deum mentes, animos, & desideria subleuare, & ad vitam glorioſam totis præcordiis aspirare. Sancti enim qui illius

cœlestis

cœlestis gloriæ & dulcedinis modicum degustauerunt, omnia terrena fastidiunt, mundi delitias abhorrent, vitam præsentem despiciunt, ad abyssum cœlestis dulcedinis totis præcordiis anhelant, & diuini amplexus expectationem nimis impatienter tolerant, cum Apostolo dicentes: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Cupio enim dissolui, & esse cũ Christo: quia quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus.

Quamuis mors tot, tantáque bona nobis aduehat, & eò animum deducat, vbi æternus futurus sit: tamen reliquum vitæ nostræ à Deo præscriptum, non est à nobis deserendum: nec est iniussu Imperatoris (id est, Dei) de præsidio & statione vitæ decedendum, sicut nec nostra spõte huc venimus. Vnde sui prorsus obliti, nec satis sibi consuluisse & prouidisse

disse mihi videntur, qui eo tempore quod ad viuendū datum est, contenti non sunt: præsertim quum breue tempus ętatis satis longum sit ad bene honesteque viuendum. Quid enim interest, an iuuenis, an senex quis moriatur, & ad mortem humani generis terminum, quasi in portum ex procellosis huius mundi fluctibus perueniat: quum numerus annorum per se nec miserum faciat, nec beatum.

DE MORTE IVstorum.

Quartum caput.

QVoniam nihil pretiosius est, quàm in manu Dei esse, in qua sunt iustorum animæ idcirco pretiosa est in conspectu Domini mors iustorum eius. Si tamen ea sit dicenda mors, quæ in lucrum cedit moriētis, & tāquam finis laborum, tanq̄ victoriæ consummatio, tanquam vitæ ianua, tanquam perfectæ securitatis ingressus, & tanquam initium retributionis, animam summo bono socias.

Iusti

Iusti enim ex hac vita decedentes, de labore transeunt ad quietem, de vilitate ad gloriam, de paupertate ad regnum, de timore ad securitatem, de dolore ad gaudium, de morte ad vitam: eam quidem: quæ sola est vita nominanda: vtpote quibus mors nihil aliud est, quàm exitus de carcere, finis exilij, laboris consummatio, ad portum adplicatio, peregrinationis terminus, grauissimi oneris, id est, corporis depositio, de domo ruinosa liberatio, omnium malorum consumptio, omnium periculorum euasio, debiti naturæ solutio, reditus ad patriam, ingressus ad gloriam. Vnde ille dies, quo sancti ex hoc mundo migrantes in cœlo recipiuntur, illis natalitius dicitur: quasi tum demum viuere incipiant, quum vita hac corporali sunt defuncti: vtpote quorum mors vt præsentis est exitus vitæ, ita & introitus melioris. Mors quid.

De morte malorum.

Quintum caput.

MOrs peccatorum est pessi
Mala quidem in amissione
di, & eorum, quorum iucundæ
præsentia, gratus aspectus, & fami
ris cohabitatio: Peior in separati
carnis ab anima: Pessima autem
ignis gehennæ afflictione. Damnat
rum enim pœna superat omnia sa
ctorum martyrum tormenta, etia
in vnum collata. Habet peccator hor
rorem in exitu, dolorem in transitu
pudorem in iudicis æquissimi con-
spectu, & pauorem nimium, quum
de mundo egrediens ad incognitam
penitus venit regionem, in qua ipsi
animæ tartarei angeli, teterrimæque
creaturæ occurrunt, eam ad perpe-
tuos cruciatus rapientes. Diuidun-
turque eius bona in tres partes: ani-
ma datur dæmonibus, cadauer ver-
mibus, bona temporalia hæredi-
bus, plerunque aut ingratis aut pro-
digis.

De pe-

De periclitatione in morte.

Sextum caput.

IN mortis articulo, nisi Deus homini specialiter subueniat, diabolus quam maximè potest, homini insidiatur, tentans eum in primis de veritate fidei, & suadens ei infidelitatē: proponens etiam ob mentis oculos peccata commissa, vt peccatorem in desperationem inducat. Adhæc plerunque inenarrabilis est dolor ille, quum separatur anima à suo corpore: idque adeò, vt vix possit homo aliud cogitare, q̄ quod in corpore sentit, maximum videlicet & grauissimū dolorē. Ideo scribitur: In morte, nemo est qui memor sit tui Domine. Augustinus: Percutitur hac animaduersione peccator, vt moriens obliuiscatur sui, qui, dum viueret, oblitus est dei. De hac autem in mortis articulo periclitatione optimè Bernardus: Ostium nostrum maligni spiritus obsident, & aduētum nostrū illæ horrēdę effigies

præstolantur: ideo formido exire in ipso contremisco portus ingres non confido propè assistere, qui e piat exeuntem: securè non exeo, dominus ipse custodiat exitum m um. Heu ero ludibrio dæmonum i tercipientium, non assistente qui re mat, neque qui saluum faciat.

Quo modo morientibus est subueniendum.

QVoniam in tota vita discendum est mori: idcirco vt vnusquisque cognoscat qua ratione feliciter mori possit, aut morientibus subuenire, de Arte bene moriendi quædam subiiciemus, extripartito Ioannis Gersonis maxima & parte sumpta materia.

Tribus exhortationibus salutimorientis consulere possumus.

Prima. COnsidera frater charissime, omnibus cuiuscunque sint conditionis

nis & ſtatus, conſtitutum eſſe ſemel mori, aliis tardius, aliis citius, ſecundum curſum durationis quem à Deo acceperunt. Cuius potentiſsimæ manui omnes ſumus ſubditi, vt naturæ debitum ſoluamus, quum Domino Deo noſtro viſum fuerit, qui in hoc mundo commorandi dedit nobis diuerſorium, non habitandi. Non eſt ergo cur vitam iſtam tanto ſtudio deſideres, in qua ſæpe quanto amplius viuitur, tantò plus peccatur: quanto eſt lõgior tantò culpa maior. Quotidie enim creſcunt mala, & ſubtrahũtur bona. Itaque tibi potius eſt gaudendum quòd per hanc mortem ex vita hac temporali & miſera, ad vitã æternam beatamq; commigres.

Agnoſce chariſsime frater cũ gratiarum actione, beneficia in te à Deo collata. Quod tibi hactenus etiam in hac extrema vitæ tuæ periodo ſui cognitionem tibi benignè indulſerit. Quòd morte repentina te oppriml noluerit Secunda.

nolucrit. Quòd te creaturã ſuam per orthodoxæ fidei religionem ad cœleſtem hæreditatem miſericorditer vocauerit. De his & aliis innumeris beneficiis domino Deo noſtro habe gratiam: ad inexhauſtam eius miſericordiam confugiens, & de peccatis tuis veniam humiliter poſtulans.

Tertia. Conſidera frater chariſsimè quòd Deus pater filium ſuum dilectum inſontem & innoxium, in quo ſibi bene complacuit, pro nobis miſeris peccatoribus tot & tantas tribulationes ſuſtinere voluit. Vnde cum in vitę tuæ excurſu multa peccata, eaque grauiſſima commiſeris, pro quibus pœnas his longè acerbiores commeruiſti, huius morbi & mortis dolorem patienter tolerare debes, Deum humiliter rogans, vt præſens dolor tibi valeat ad peccatorum tuorum remiſsionem, & purgatorij horribiles cruciatus in iſtam afflictionem tuam per ſuam miſericordiam commutet, & pro pœnis futuris

futuris det tribulatiões præsentes quę nullæ sunt ad futuras. Quòd si contrito corde petieris, pœnã necessariã tanquàm voluntariam feres, & purgatorium tuum facies hic in mundo, videlicet has pœnas alioqui necessarias, & quas nulla ratione posses euitare, pro peccatis tuis soluendo. Patienter mortem tolerauerunt Christus & martyres: quicquid in carne toleras, leuius esse credas eorum tormento. Velis nolis morieris: fac igitur de necessitate virtutem, vt dum tributum naturæ persoluis, apud Deum inuenias meritum.

HOC MODO MORIentem interrogabis.

NOnne vis frater charissime, & mori & viuere in soliditate fidei Iesu Christi, tanquàm verus Christianus? Prima.

R. Volo.

Nonne petis à Deo veniã pecca- Secunda.

torum, quæ commisisti contra eius summam maiestatem, & quòd eum condignè non honorasti? R. Peto.

Tertia. Nonne tibi deliberatum est, vitam tuam in melius commutare, si tibi incolumi hoc morbo liberari detur? R. Est deliberatum.

Quarta. Nonne Deum rogas sua bonitate tibi hác gratiam indulgere, vt ab hoc sancto proposito non deflectas, sed cum peccatorum superiorum contritione, semper in bonis operibus proficias? R. Rogo.

Quinta. Num es tibi conscius alicuius peccati mortalis, de quo sacerdoti non sis confessus? R Non.

Sexta. Nonne de peccatis oblitis libens confitereris, si in mentem venirent? R. Confiterer.

Septima. Nonne desideras cor tuum à Deo illuminari, vt oblita peccata in memoriam reuoces, & de iis confitearis? R. Desidero.

Octaua. Nonne ex animo omnibus parcis,

eis, qui tibi quoquo modo fuerunt molesti? R. Parco.

Nonne omnibus veteribus inimicitiis ex tuo expunctis animo, cum inimicis paratus es in gratiam redire? R. Sum paratus. Nona.

Nonne ab iis veniã postulas, quos aliquando dictis aut factis offendisti? R. Postulo. Decima.

Nonne vis omnia per te ablata restitui? R. Volo. Vndecima.

Nonne omnem quem pateris dolorem propter Deum æquo animo toleras? R. Tolero. Duodecima.

Orationes breues in morte dicendę.

IN manus tuas Domine commendo spiritum meum redemisti me domine Deus veritatis.

Iesu Christe misericordiarum pater, misericordiam fac mihi pauperculæ creaturæ tuæ.

Adiuua me in hac extrema necessitate, succurre animę egenti & desolatę,

latæ, domine Deus noſter, vt non à canibus infernalibus deuoretur.

Dulciſsime Domine Ieſu Chriſte, ob honorem & virtutem tuæ benedictæ paſsionis, iube me aſſcribi in numerum electorum tuorum.

Domine Ieſu Chriſte fili Dei vivi, pone paſsionem, crucem & mortem tuam, inter iudicium tuum & animam meam.

Creator, & redemptor meus Ieſu Chriſte, totum me tibi dedo, non me renuas: ad te venio, non me repellas.

Nunc Domine ſecundum voluntatem tuam fac mecum miſericordiam, & præcipe in pace recipi ſpiritum meum.

Sonet in mentis meæ auribus vox illa dulcis, domine Ieſu: Hodie mecum eris in paradiſo.

Inde ſalutet virginem Mariam, dicens.

Maria mater gratiæ, Mater miſeri-

cor-

cordię, Tu nos ab hoſte protege, Et hora mortis ſuſcipe.

Angelos deinde precibus inuiet, dicens:

Spiritus cœlorum angeli beatiſsimi, aſsiſtite (quæſo) mihi migranti ex hoc ſeculo, & potenter eripite me ab immundorum ſpirituum inſidiis, & animam meam in veſtrum conſortiũ aſſumite. Tu præcipue angele bone, cuſtos meus.

Poſtremo ſanctos & ſanctas, quos ſingulari obſeruantia coluit, precibus ad auxilium ſuum inuitet, dicens:

O glorioſiſsime ſancte N. vel ſancta N. in te ſpem, & confidentiam mihi apud Deum patrocinandi dum viuerem collocaui. Nunc maximè (ſi vnquàm alias) tuo eſt mihi opus auxilio: ſuccurre igitur, & in adiutorium meum intende in hoc extremæ neceſsitatis articulo.

Quo modo morienti eſt prouidendum.

Si

eum amicum: tamen quia desperauit, damnatus est : plusque desperando peccauit, quàm Iesum Christũ prodendo. Postremo proponatur ei, quòd peccatorum remisio est articulus fidei, quo significatur quòd quantumcunque & quotiescunque homo peccauerit, tamen per veram pœnitentiam, peccatorum remissionem consequi potest: quod nisi crediderit, verus Christianus non est.

Si sacramentorum ecclesiæ receptionem differat: ostendatur ei, quòd matura sacramentorum receptio potest prodesse, & non nocere: & quòd forsitan nunquàm dabitur talis opportunitas eorum suscipiendorum. Præterea ostendatur ei ingens virtus, & efficacia eorum, & periculum in quod laberetur, si ea negligeret. Si excommunicatus sit, amici diligenter curare debent absoluendum.

Si mortis aduentus aliquantisper differatur: interim legenda est coram

eo passionis historia, aut alia quæuis deuota, & pia, in qua dum esset incolumus, oblectaretur. Aut Dei, & sanctæ Ecclesiæ præcepta : vt exactiore cura meditetur, an in iis aliquo pacto deliquerit.

Si ægrotus ex morbo lingua præpedita ad interrogationes & admonitiones respondere non valeat, tamen sit mente sana & integra, saltem signo aliquo exteriori, aut solo cordis sensu respondeat : hoc enim sufficit ad salutem.

Præsentetur ei imago Crucifixi, aut beatæ Mariæ, aut sancti quem peculiari veneratione colebat, dum esset incolumis.

Nullo modo amici carnales, vt sunt coniunx, liberi, aut alii amici, aut diuitiæ, in memoriam reducantur: nisi spiritualis sanitas id exigat.

Non detur ei nimia spes corporalis salutis consequendæ, ne ea ex morientis animo salutis spiritualis cu-

ram

ram excutiat.

Sed per animæ sanitatem debet sibi corporis incolumitatem à Deo postulare, duntaxat si vtilis sit animæ saluti.

Quoniam agens est in patiente bene disposito, & corporalis morbus plerunque animi languorem parit, ideo de animæ salute est prius curandũ & prius de peccatis est confitendũ, quàm de corporali sanitate habenda sit ratio.

Methodi confessionis Finis.

Typis Ioan. Lacr.

DOCTRINÆ CATHOLICAE COMPENDIVM EX LIBRIS R. P. F. Petri de Soto collectum.

CAPVT PRIMVM.

QVID EST HOMO?

HOMO est Dei creatura, mirè ab eo ex corpore, & anima fabricata: iuxta corpus bestiis similis, & corruptibilis: secundum animá immortalis, angelis similis, ad imaginem creatoris sui, virtute videlicet cognoscendi, & amandi ornatus, felicitatis, & vere beatitudinis (quæ in clara Dei cognitione, & fruitione sita est) capax.

QVID EST CHRISTIANUS.

CHristianus est Christi discipulus, in iis præcipuè, quæ religionis, cultusque veri Dei doctrinam cõcernunt: ea, quæ ipse per se primum, deinde per discipulos suos, successoresque eorũ docuit, docet, docturusque est ad finem vsque seculi, credens.

QVARE ES CHRIstianus?

SVm Christianus, primum, summa in me gratia Dei, & misericordia: qua, cũ Diaboli seruus essem, & iræ, per baptismum in filium me recepit: cum id nec merceri, nec discernere per ætatem possem, atq; nunc etiam speciali sua inspiratione, & gratia (vt firmissime credo) hoc animo persuasit meo & certum me fecit, hanc, quam teneo fidem, ab ipso reuelatam, in ecclesia Catholica, quæ Apostolorum est discipula, solũ manere: eamq; doctrinam solam veram, ac salutarem hominibus: cæteras vero omnes sectas, religiones, hæresésve falsas, hominibusq;

busq; pernicioſas eſſe.

QVAE CONTINENTUR doctrina Chriſtiana?

ETſi doctrina Chriſti latiſsima ſit, & totam ſcripturam ſacram contineat, tria ſunt tamen præcipua, quæ in ea docentur, & ad quæ alia omnia ordinantur. Primum, quæ ad fidem pertinent: nempe quæ credenda ſint, & quæ contra non credenda: quæ Symbolo Apoſtolorum concluduntur. Poſt ſequuntur, quæ ad ſpem pertinent: videlicet quę deſyderanda, ſperandáue ſint, & quæ his aduerſa, atque fugienda. Hæc autem oratione dominica complexus eſt Dominus. Tertio loco ponuntur, quæ attinent ad charitatem, & mandata (de quibus Paulus ait: qui diligit proximum, legem impleuit) ſcilicet quæ ſint à nobis operanda, & propter quem finem: & quæ rurſum vitãda, & à quibus cauendum ſit nobis. Hęc autem

continentur Decalogi præceptis : de quibus Christus dominus adolescēti quærenti: quid boni faciam, vt conse quar vitam ęternam? respondit: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.

QVAE EST NOTA MILITIÆ CHRISTIANÆ?

NOta, qua Christiani contra Sathanam sub Christo militaturi, exterius in Baptismo insignimur, est eius crux. Hanc ante omnia Ecclesia fronti nostræ imprimit: vt eam cōfiteri non erubescamus, sed magis de Christi ignominia gloriantes, ipsam semper ostentemus, & menti tanq̄ regis nostri vexillum, quod continuè aspiciamus, infixam habentes, eius virtute, ac memoria, & fragilitatem nostram contra omnia difficilia roborari, & vires inimicorum omnium frangi credamus. Quamobrem assiduè illa exterius signari debemus, vt horum meminerimus, sicut vbiq; terrarum docet Ecclesia.

QVEM FRVCTVM
ex hac cognitione
percipis.

EX omni doctrina, quã in Ecclesia disco, percipio primò fructũ sanctorum desyderiorum, & affectum orandi: vt vel bona, quæ cognoui, assequar, vel mala effugiam: deinde prę paratione cordis iuxta illa, quæ cognoui: qua Deo paratum me offero ad ea, quæ didici facienda, precatus semper, vt imperfectum meum suppleat, & perseuerantiam tribuat.

EX COGNITIONE HOminis quomodo hæc
facis?

Ex humanæ naturæ cognitione sic oro cum magno desyderio.

Oratio.

DEus sapientissime, & potentissime, atque optime creator omnium qui mirabiliter creasti me hominem, da mihi contra oblectamẽta peccati mẽtis ratióe persistere, vt merear

ad gaudia æterna peruenire.

EX RELIGIONIS CHRIstianæ cognitione quomodo oras?

Cognita religione Christiana,& gratia Dei, qua ad eam vocatus sum, sic oro cum Ecclesia pro me, & omnibus eius filiis.

Oratio.

DEus, qui nobis ex vtero erroris, cæcitatisq; gentium,ac ignorantiæ filiis,seruisq; peccati,veritatis tuę lumen,atq; baptismi gratiam, quibus in viam possemus redire iustitiæ , tribuisti da cunctis,qui Christiana professione cẽsemur,& illa respuere,quę huic inimica sunt nomini, & ea , quæ sunt apta,sectari.

EX NOTITIA ILLOrum,quæ dicta sunt Christiana doctrina præcipue contineri,quomodo oras?

Cognitis illis tribus,ad quæ Christiana

stiana doctrina reducitur, reddor docilis ad illa percipiēda: & sic oro cum Ecclesia.

Oratio.

OMnipotens, & summæ sapientiæ Deus, da nobis fidelibus tuis, fidei, spei, & charitatis augmētum: & vt mereamur verè desyderare, & consequi, quod promittis, fac nos & credere quid doces, & amare quid præcipis.

FACTA HAC ORATIONE quomodo cor tuum præparas coram Deo?

Factis his orationibus offero me Deo in seruū, & filium integro corde, sic orans.

Oratio.

DEus summe bone, en ergo creatura tua, creationis iure perpetuā, & omnimodam seruitutem me tibi debere cognoscēs, eam voluntariè tibi offero pater clementissime, en rur-

sum me summa tua pietate ex peccati seruo redemptum, & adoptatum in filium, summam reuerentiam, & obedientiam tibi debitam etiam offero, fac me & subditã creaturam, & filium docilem, vt te semper, & tanq̃ dominum timeam, & tanq̃ patrem honorem.

CAPVT II.

QVAE SVNT CREDENDA.

Redẽda sunt omnia, quę in scriptura sacra sunt tradita, & quę ex illis apertè sequuntur: item omnia, quæ Ecclesia ab Apostolis credenda accepit, & continua successione ad nos vsque transmisit, & denique ea omnia, quæ Ecclesia credenda esse ex scriptura, & traditionibus patrum intulit, ac declarauit.

QVOMODO SVNT hæc ab omnibus credenda?

IN vniuersali quidem, & confusẽ possunt omnes, & tenentur supra dicta

dicta omnia credere. Hoc autem fit, cùm quis verè dicit: Credo omnia, quæ in scriptura, & doctrina Ecclesiæ proposita sunt credenda, etiam si illa neque sciam, neque intelligam, omnia tamen vera, omnia certa, & diuina credo.

EST NE SATIS FIdeli omnia sic confusè credere?

MVlta sunt, quæ tenentur omnes, etiam minores, & simplices explicitè credere: omnia scilicet, quę Ecclesia publicè credenda proponit, siue festa de eis instituens, siue aliter ea filiis suis prædicãs. Qui enim hæc, quę Ecclesia omnes docet, discere negligit, apertè se extra magisterium spiritus sancti constituit, Ecclesiam deserens, contra illud salutare Sapientis consilium: Audi, fili mi, disciplinam patris tui, & ne derelinquas legem matris tuæ: vt addatur gratia capiti tuo, & torquens collo tuo.

DOCTRINAE QVAE PVBLICAE PROponit Ecclesia omnibus credenda?

HAec sunt, quæ explicite credere ex Ecclesiæ propositione obligamur.

Primum, Symbolum fidei, vocatum Apostolorum, in quo duodecim Articuli, præcipua fidei dogmata, clauduntur.

Secundum, quæ de septem Sacramentis, administratione eorũ, de cultu Dei, iustitia humana, & bonis operibus, ac peccatis publice in Ecclesia docentur.

Tertium, quæ ab Ecclesia ad instruendos fideles propter diuersas hæreses explicata, per eius ministros, in ipsius scilicet communione permanentes, legittime denunciantur.

DIC SYMBOLVM Apostolorum.

CRedo in vnum Deum, patrẽ omnipotentem, creatorem cœli, & ter-

& terræ, & in Iesum Christum filiũ eius vnicum, dominum nostrum, qui conceptus est de spiritu sancto, Natus ex Maria virgine, Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus, Descendit ad inferos, Tertia die resurrexit à mortuis, Ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis, Inde venturus est iudicare viuos, & mortuos. Credo in spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, Carnis resurrectionem, vitam æternam, Amen.

NVMERA DVODECIM Articulos, & quomodo in Symbolo cõtineantur, explica.

ARticulorum fidei sex primi ad diuinitatem pertinent.

Primus est, Deum esse vnum, qui explicatur his verbis: Credo in vnũ Deum.

Secun-

Secundus est, Deum esse trinum in personis, patrem, filium, & spiritum sanctum, qui explicatur diuersis verbis Symboli videlicet his: Patrem omnipotentem: & in Iesum Christum filium eius vnicum: & credo in spiritum sanctum.

Tertius est quo primam Dei operationem confitemur, quòd scilicet sit rerum omnium creator, easque de nihilo produxerit, his verbis: Creatorem cœli, & terræ.

Quartus ad opera gratię pertinens est, quòd sit saluator hominum, solusq; sua gratia eos à peccato, & ęterna morte liberet, quæ his verbis confitemur. Credo sanctam Ecclesiam Catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum. Sunt enim hæc diuinæ gratiæ prima opera, quibus cætera continentur, quorum primum est cõgregatio Eccleśię. Credimus enim ex omnibus omnium tẽporum, & nationum hominibus in

vera

vera fide, & sacramentis inuicem cõmunicantibus, & conuenientibus vnã fieri Ecclesiam, atq; hoc significatur verbis, catholicam Ecclesiam. Secundum opus est sanctificatio Ecclesiæ. Credimus nanque quòd, quamuis in ea sint peccatores, nunquam tamen in ea defutura sit Dei gratia, qua in veritate fidei, & sanctitate vitæ perseuerent multi, alios etiam ad hoc inuitantes, & hoc est, quòd dicimus: Sanctam Ecclesiam. Tertiũ est cõmunio sanctorum. Confitemur enim offerri omnibus in Ecclesia participationem meritorũ Christi, & orationum, atque bonorum operum omnium, quæ in eius communione ab omnibus fiunt ex quo remissio peccatorum est etiam in hac Ecclesia: vnde addimus: Remissionem peccatorum.

Quintus articulus est, quo confitemur omnes homines à Deo resuscitandos in eisdem verè anima & corpore, in quibus vixerant, his scilicet verbis

verbis: Carnis resurrectionem.

Sextus est, quo credimus vltimam retributionem omnibus à Deo reddendam: malis quidem gehennam, bonis vero vitam æternam: nempe dicentes: Vitam æternam.

SEx reliqui Articuli pertinent ad Christi humanitatem.

Quorum primus est: Conceptus de spiritu sancto, natus est de Maria virgine: quo credimus verum Dei filium factum fuisse verum hominem, conceptumq; vere in vtero perpetuæ virginis Mariæ, idque non ex virili semine, sed spiritus sancti virtute.

Secundus est: Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus est: quo credimus ipsum passioni, morti, & sepulturæ pro peccatis nostris voluntariè se obtulisse.

Tertius est: Descendit ad inferos: Quo credimus animam Christi filio Dei vere vnitam, ad inferos, vbi sancti patres continebantur, descendisse, man-

manſiſſéque cum eis, quàm diu corpus eius in ſepulchro iacuit, nulla coactione, ſed dignatione maxima.

Quartus eſt: reſurrexit tertia die: Quo reſurrexiſſe illum credimus ad impaſsibilem vitam.

Quintus eſt: Aſcendit in cœlum, ſedet ad dexteram Dei patris omnipotentis: quo credimus totam illam naturam humanam ſuper omnes cœlos eleuatam, in potioribus bonis patris, ſummoque beatitudinis loco habitare.

Sextus eſt: Inde venturus eſt iudicare viuos, & mortuos: quo iudiciariam poteſtatem datã Chriſto in omnes homines cõfitemur, iudiciumque vltimum ab eo peragendum.

COLLIGE SVMMAM horum articulorum?

SVmma finisq; fidei noſtræ Chriſtus eſt: via ſecundum humanitatem, veritas, & vita iuxta diuinitatẽ.

Duo-

Duobus itaque captibus tota fides colligitur.

Quorum primũ est, nulla alia via ad veram beatitudinem peruenirí posse, quàm fide, vnione, & imitatione filij Dei, concepti hominis, nati, crucifixi, & ad dexteram patris in immortalitate nos expectantis.

Secundum est, veram felicitatem humanam in sola vnius triníque Dei creatoris, saluatoris, & glorificatoris omnium visione clara, & fruitione consistere.

QVAE PVBLICE DE SACRAMENTIS docet Ecclesia?

DOcet nos Ecclesia septem esse Sacramenta, à Christo instituta, signa videlicet, & instrumenta, per quę gratiam, & omnia ad cultum Dei, ac salutem nostrã necessaria, nobis confert. Sunt autem hæc, Baptismus, Cõfirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema vnctio, Ordo, Matrimonium.

Baptis-

Baptismus est, quo per aquam, & verbum dei abluti, regeneramur in filios Dei, & familiæ Christi annumeramur, atque plenam peccatorum remissionem consequimur.

Confirmatio est, in qua per sanctum Chrisma, & verba augetur in nobis baptismi gratia, & vsque ad perfectum statum Christianæ gratiæ aliquo modo ducimur.

Eucharistia est, in qua nutrimur, conseruaturque in nobis gratia per Christi verum corpus, & sanguinem, in quæ consecrationis verbis, panis & vinum conuertuntur, manentibus solis accidentibus, sub quorum qualibet specie totus Christus sumitur, offerturque patri in ritu sacræ Missæ, prout in Catholica Ecclesia celebratur, atque adoratur etiam sub qualibet prædictarum specierum.

Pœnitentia est medicina, in qua per contritionem, & confessionem, & impletionem satisfactionis impositæ,

iudicio Ecclesię, clauibusque subiecti, consequimur remissionem peccatorū, quæ post baptismum committimus.

Extrema vnctio, est vltimæ infirmitatis leuamen, in qua per oleum sacrum, & verba Christi, reliquiæ peccatorum, & infirmitas animæ curantur, vt ex hac vita quietè, & alacriter discedamus.

Hæc autem quinque Sacramenta ad singulorum salutem instituta esse credimus, sumendaque ab omnibus iuxta Ecclesiæ Catholicæ ordinationem. Reliqua verò duo non singulis, sed toti Ecclesiæ necessaria, sic distinguntur.

Ordo est, in quo verbis, & actibus conueniētibus potestas datur ordinatis, ad actus certos in cultu Ecclesiastico ex Christi institutiõe necessarios, & gratia ad ritè illos exercendos.

Matrimonium est, contractus legitimus viri, & mulieris, quo ad generationem, & educationem prolis, vitæque

tæq; indiuiduæ consuetudinem conueniunt, ac datur in eo gratia Christi contrahentibus, qua eo rite vtantur.

QVID CIRCA CVLTVM DEI, & Sacramẽtorum vsum credendum est?

CRedimus illum cultum esse Deo gratum, illum esse Sacramentorũ legitimum vsum, qui vel traditus est diuinis scripturis, vel toto terrarum orbe seruatur in Ecclesia: nam & hoc non dubitamus vel ab Apostolis, vel à Conciliis vniuersalibus esse. In iis verò, in quibus neque scriptura, neq; consuetudo vniuersalis aliquid mandauit vel prohibuit, seruandam esse cuiusque Ecclesiæ consuetudinem, & statuta maiorum.

QVID EX HIS IN SPEciali ac cultu Dei credendum est?

CRedẽdum est, Deum vocalibus, & publicis orationibus, hymnis, cantu, & horis canonicis, certo tem-

pore, & modo persolutis ritè coli.

Item sacrificio Missæ, more ecclesiæ pro viuis & defunctis oblato. Sanctorum inuocationibus. Crucis adoratione, Imaginum, atque reliquiarum veneratione.

Item luminaria, & thus in Dei reuerentiam ritè accendi, peregrinationes fieri ad sanctorum loca dies festos institui, in quibus à certis operibus vacatio indicitur.

Ieiunia item, mortificationem carnis, paupertatem voluntariam, castitatem, obedientiam strictiorem, non quidem præcepto mandata, sed voluntariè suscepta esse cultus Dei gratos: atque vota de his vel perpetua, vel temporalia sanctè fieri, ideoque religiones monachorum cultus esse Deo gratos.

QVID CIRCA VSVM SACRAMENTORUM specialiter credendum est?

Cre-

CRedimus primò, Sacramenta ritè in ecclesia latina verbis latinis peragi. Secundò ritè, atque vtiliter, & necessariò paruulos baptizari, quanquàm non credant, sed per Sacramentum fideles efficiuntur: quare non est iterandus eorum baptismus.

Tertiò confessionem lethalium criminum post Baptismum fieri oportere Sacerdoti proprio, tempore ab Ecclesia præfixo.

Quartò satisfactiones pro iis peccatis, ieiuniis scilicet, orationibus, & eleemosynis exoluendas esse, pro temporali pœna ad quam culpa remissa in Dei iudicio sæpius obligamur.

Quintò purgatorium esse, in quo dictæ satisfactiones, non plenè hic solutæ, complentur, atque in eo piis viuorum operibus, & indulgentiis in Ecclesia concessis animas defunctorum iuuari.

Sextò, Eucharistiæ Sacramentum ritè seruari, adorari, circumferri, mi-

nistrari etiam sub altera specie secundum Ecclesiæ vsum, sed non consecrari aut offerri, nisi sub vtraque specie, sub qua etiam tunc à consecrante sumendum est.

Septimò Ceremonias, & solennitates, quas Ecclesia in Sacramentorũ collatione seruat, sanctas, Deoq; gratas esse, & sine Schismatis nota non posse omitti, aut mutari à priuato quopiam.

QVID CIRCA IVSTITIAM nostram, bona opera, & peccata credendum est?

CRedimus primò nos omnes nasci ex Adam, seruos peccati, libero quidem arbitrio, sed infirmo præditos, ita vt sine Dei gratia non possimus hoc seruitutis iugum excutere.

Secundò hoc peccatum originale, quemadmodum & alia omnia lethalia peccata gratis à Deo remitti, hoc est, dono gratiæ per sanguinis Christi meritum, nullo nostro merito præce-

dente

dente, collato : idque per Sacramenta Ecclesiæ re, vel voto, vt à Christo institutum est, susceptа fieri : atque hoc est impium iustificari.

Tertio iustificatum iam gratia egere ad bene operandum, & perseuerandum in bono, per quam bona opera facta, meritoria sunt vitæ æternæ: quamuis sancti etiam in hac vita sine aliquo peccato non viuant, Christo, & matre eius virgine exceptis.

Quartò propter humani cordis Abyssum, neminem absque timore & dubitatione aliqua de salute sua esse debere: præbet tamen spiritus sanctus fortissimum spei solatium bonorum operum testimonio iis, qui illis exercentuor.

QVOMODO AD NOVITATES in doctrina, aut cultu Dei se habere debet Catholicus.

EA, quæ dicta sunt, certa vniuersalis Ecclesiæ authoritate tenentes, omnia contraria respuimus, ac nec vel disputare de illis pati volumus, & nihil noui in fide, Deique cultu, nisi Ecclesiæ authoritate legitimè traditum, recipimus, Apostoli Pauli verbis aures claudentes nouis doctoribus, quibus ait: Doctrinis variis, & peregrinis nolite abduci.

QVOMODO EX COGNITIONE eorum, quæ credenda sunt, oras?

Dum quæ credenda sunt, & quomodo cognoscere ea teneor, intelligo, sic oro.

Oratio.

DEus, verum animarum lumen, hanc, quam cordi meo misericorditer infudisti, fidem Ecclesiæ sanctæ tuæ magisterio sic guberna, vt quod illa me docuerit credere, semper credá, & quæ cognoscere iusserit, cognoscam

scam, & cogitẽ, cuncta alia ignorem.

QVOMODO EX COGNITIONE Symboli oras?

Ex his, quæ de Deo cognosco per Symbolum, sic oro cum Ecclesia.

Oratio.

OMnipotẽs sempiterne Deus, qui dedisti mihi famulo tuo in confessione veræ fidei æternę Trinitatis gloriam agnoscere, & in potentia maiestatis adorare vnitatem: da, vt eiusdem fidei firmitate ab omnibus aduersis muniti, omnes qui credimus, in tua semper cognitione, non in sapientia aliqua humana gloriemur.

Ex cognitione verò mysteriorum humanitatis Christi, sic etiam cum Ecclesia oro.

Oratio.

DEus, cuius vnigenitus, dum in substãtia nostræ mortalitatis apparuit, in noua nos immortalitatis suæ luce reparauit: præsta, vt per eum, quẽ similiem nobis foris agnouimus, in-

tus reformari mereamur.

EX SACRAMENTORVM cognitione quomodo oras?

Dum septem Sacramenta agnosco, sic oro cum Ecclesia.

Oratio.

DEus, qui nobis sub Sacramentis, & mirabilibus, & ineffabilibus, passionis tuæ fructum communicas, & eisdem nos peccatores quotidie renouas: tribue, quæsumus, ita nos hæc sacra mysteria credere, & venerari, vt Redemptionis tuæ fructum in nobis iugiter sentiamus.

EX COGNITIONE CVLtus Dei, & vsus Sacramentorum, quomodo oras?

Cognita regula certissima diuini cultus, Ecclesiæ scilicet traditione, & iis, quæ ex ea edoctus sum consideratis, sic oro.

Oratio.

Deus,

DEus, qui Ecclesiam tuam toto orbe terrarum filij tui meritis, oratione, atque doctrina fundatam, columnam, & firmamentum veritatis, contra quam portę inferi non præualeant, constituisti, & nobis vnicam cultus tui magistram, ac sacramentorum tuorum fidelissimam dispensatricem dedisti, da mihi, & cunctis fidelibus tuis, te in eius vnitate semper colere, & dona tua in ea, & per eam suscipere, eiusque perspicua dogmata vniuersales scilicet traditiones, aut præcæcitate non videre, aut præ superbia despicere nunquam permittas.

EX HIS QVAE DE IVSTItia humana credenda cognouisti, quomodo oras?

Cum infirmitatem humanam, & gratiæ necessitatem ad bona omnia agenda agnosco, sic oro cum Ecclesia,

Oratio.

Deus

DEus, qui conſpicis, quia in nulla mea aut virtute, aut induſtria, ſed in ſola ſpe gratiæ cœleſtis, & filij tui meritis innitor, me famulum tuum continua pietate cuſtodi, & da, vt ad mala vitanda, & perſeuerandum in bonis tua ſemper protectiõne muniar.

QVOMODO CIRCA FIdem cor tuum coram Deo præparas?

Sic de fide edoctus, illam Deo firmiſsimo corde offero, atque in ea perpetuò me permanſurum, ſicut in Baptiſmo promiſeram, confirmo coram Dei maieſtate, ſic dicens.

Oratio.

DOmine, qui per Apoſtolum tuum docuiſti, nos ſine fide impoſsibile eſſe, tibi placere, eamque niſi dono tuo haberi non poſſe, hanc à te mihi donatam fidem tibi offero, donum videlicet ipſum tuum tibi reddens, tibi teipſum per eam reuelanti credo,

credo, te in luce tua agnosco, quæ illa docet, vera, & salutaria firmissimè teneo, & in obsequium eius intellectum meum captiuans, paratum me offero, mori pro ea asseranda. Credo domine: adiuua incredulitatem meam, & fidem hanc per charitatem viuifca, atque da, vt in ea perpetuò viuam, & moriar CAPVT III.

DE SPE.

Quid est spes?

SPes est virtus, qua humana volũtas ab spiritu sancto roboratur, vt ęternã felicitatem, cæteraq; ad eam consequendã necessaria, magna alacritate, nos cõsequuturos fidamus: quamuis hæc omnia naturalem facultatem excedant.

QVAE SVNT SPERANDA, & sanctè desyderanda?

SPeranda, & à Christiano desyderanda sunt, quæ Christus quatuor primis

primis petitionibus in oratione dominica clausit, atque illo ipso ordine, quo ibi sunt posita. Est enim oratio illa non solum optima forma orandi, sed & perfectissima omnium piorum desideriorum instructio, ac summa.

DIC DOMINICAM orationem.

PAter noster, qui es in cœlis, Sanctificetur nomen tuum, Adueniat regnum tuum, Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem, Sed libera nos à malo, Amen.

DIC QVATVOR ILLA desideranda?

PRimum, & maximum, quod rectè desideratur, est, vt Deus à nobis agnoscatur, honoretur, timeatur, & cũ omni reuerentia colatur. Ipse enim summè est amandus, ac ideo, vt à nobis

bis glorificetur, summè desiderãdum. Nam in ipso nihil est, quod ei desideretur: quoniam omnia bona perfectissima habet. Hoc ergo petimus, primo hoc verbo, Pater noster, qui es in cœlis, Sanctificetur nomen tuum.

Secundum est, æterna beatitudo nobis promissa, quæ in plena participatione diuinæ beatitudinis consistit, atque hanc petimus, hoc verbo, Adueniat regnum tuum, illud scilicet, quod Christus in Euangelio vocat, regnum cœlorum.

Tertium desiderandum est, vt per bona opera, obedientiamque mandatorum Dei ad æternam felicitatem tendamus, quæ non nisi eius gratia habere nos posse scientes, petimus nobis dari, hoc scilicet verbo: Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra: voluntas (inquam) per præcepta, & consilia tua nobis significata.

Quartũ desyderandum bona temporalia sunt, quibus in Dei obsequio, & obe-

& obedientia nutrimur, ideoque ea quatenus ad id sunt necessaria, petimus hoc verbo: Panem nostrum quotidianum da nobis hodiè. Vbi & reliqua omnia huius vitæ cómoda, vt sanitas, honor, & similia prædicta moderatione piè petimus. Quo etiã verbo & Sacramentorum, præcipueque Eucharistię, & verborum Dei gustũ, ac fructum adeò nos postulare intelligi potest. Sunt enim hæc spiritualis animæ cibus, qui nisi magna Dei gratia vtiliter non percipitur.

QVID SEQVENTIbus verbis continetur?

POst quatuor has petitiones tres aliæ continentur in oratione Dominica, quibus mala prædictis cõtraria, voluntate fugientes, petimus à nobis amoueri.

Primum horum est, peccata cõmissa, quæ & gloriæ Dei in nobis; felicitati nostræ, diuinæ gratiæ, & obediẽtiæ

tiæ repugnant: quæ remitti petimus, certi nostris meritis id nó fieri. Et hoc est, quod dicimus: Dimitte nobis debita nostra, addita conditione, quam Christus nos obseruare docuit: Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Ità enim ipse dixit: Dimittite, & dimittetur vobis. Luc. 6.

Secundũ malum, tentationes sunt, quibus ad peccatũ prouocamur: quibus sine Dei gratia nos non posse resistere scientes, dicimus: Et ne nos inducas in tentationem, id est, da, ne veniant, vel si venerint, da, vt vincamus.

Tertium malum, calamitates sunt, aduersaque mundi huius, quæ fragilitati nostræ contraria, aliquando à Deo ad purgandos nos, vel exercendos immittuntur. Petimus ergo affectu humano, sed pio, & humili, vt misericorditer circa hæc nobiscum agatur, dicentes: Sed libera nos à malo. Continet itaque hæc oratio quidquid sanctè à Deo postulari potest, neque

fas est aliud petere, aut alio ordine, quàm ibi explicatum est.

QVIBVS FVNDAMENTIS innitimur ad tanta speranda à Deo?

Mar.10. INnititur spes Christiana, primò immensæ potentiæ, & bonitati Dei, apud quem omnia possibilia sunt.

Secundò meritis, & intercessioni Christi, qui interpellat pro nobis.

Roma. 8. Ioan.16. Tertiò certissimis eius promissionibus, quicquid (dicentis) petieritis à patre meo, dabit vobis.

Matt.18. Quartò vnitati, fraternitatiq; Ecclesiæ, de qua dicitur: Si duo ex vobis consenserint super terram, de quacunque repetierint, fiet illis à patre meo. Quare nihil in hac dominica oratione priuato affectu, sed totius Ecclesiæ nomine, & consensu petimus, dicentes: Pater noster, & dimitte nobis, da nobis &c.

QVIBVS

QVIBVS MEDIIS VTITUR spes ad hæc consequenda?

MEdia, quæ ad hæc, quæ speramus, & petimus, consequenda, adhibere debemus, sunt.

Primum, oratio pro Dei gratia, & auxilio Dei habendo.

Secundum, bona opera Dei gratia cooperante producta.

Tertium, pij conatus, quibus ad charitaté, & cæteras virtutes vel consequendas, vel augendas exercemur.

EX COGNITIONE EORVM, quæ de spe dicta sunt, quomodo oras?

Cognita spei efficacia, sic oro.

Oratio.

DEus incomprehensibilis bonitatis, & potentiæ, qui verbis, & operibus supra omnem humanum captum efficacibus, nobis quamuis indignis peccatoribus, vt in te, & à te vera, & æterna bona speremus,

mi agnoſceremus arcana, & fideliſſimum promiſſum verbis incomprehenſibilibus, & ſanguine ſuo pro nobis effuſo firmatis, reciperemus, Teſtamento Euāgelico nobis relictum, his verbis: quidquid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Qui etiam ne quid ad ſtupēdam hanc tuam gratiā, cordibus noſtris infigendam, promptamque deſideriorum noſtrorum à tua bonitate conſequutionem agnoſcēdam deeſſet, quibus te verbis orare deberemus, edocuit, audi vnigeniti filij tui verba, ore quidem meo, ſed ſpiritu ſuo, ad te emiſſa, & me te patrem compellantem, quod ex me ne cogitare quidem auderem, tanquàm vnigeniti tui membrum piè aſpice, & clementer exaudi. Ioan. 16.

QVOMODO EX HIS TE præparas coram Deo?

Gratia Dei ſpem dari cognoſcens, ex diuinis promiſsionibus in actū eius prorūpo, ipſamq; Deo ſic offero.

Oratio.

DEus author ſpei, & remunerator, qui ſpiritu adoptionis filiorum cordibus noſtris infuſo, promiſsionũ tuarum inenarrabilia bona nobis das cognoſcere, & filios, atque hæredes tuos, cohæredes autem Chriſti effi-cis, te ipſum, à te, & per te me habitu-rum vehementer confido, & hanc ſpem à te me habere credo, eamq; tibi offerens, cæteris mundi huius ſpe-bus vaniſsimis renuntio, quod tuos v-nigenitus in ſua oratione me docuit, ſolũ volo: nihil videlicet aliud quàm gloriam tuam, & quod me in ea tibi perfectè, & perpetuò reddenda te-neat, & ad hoc promoueat, cupiens: aiia nó ſolùm mihi ô pater, ne dederis ſed ſi vnquam voluero, vt filium me corripiens, à me ea auſer, atque de mihi in hac ſpe, & in his de-ſideriis ſemper tibi viue-re, & bonis operibus inhærere.

CAPVT

CAPVT IIII.

DE PRAECEPTIS.

QVAE SVNT PRAECEPTA Dei?

PRæcepta, quæ à Deo data Christiani tenemus, omnia ad Decalogum reducũtur: quædam priora Decalogo, alia posteriora, & consequentia. Itaque decem illa Decalogi præcepta media sunt.

QVAE SVNT PRAECEPTA priora Decalogo?

PRima omnium præcepta sunt duo illa in Euangelio sæpe repetita. Matth.22. Mar.12. Luc.10.

Primum de dilectione Dei: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex omni mẽte tua, & ex omnibus viribus tuis.

Secundum de dilectione proximi: Diliges proximum tuum, sicut teipsum. In his duobus mandatis (inquit Christus) vniuersa lex pendet, & Prophetæ. Matth.22

POST HAEC DVO, QVAE sunt alia præcepta.

POst hæc duo præcepta charitatis, quoniã fides, & spes virtutes sunt illis coniunctæ, præcepta de his virtutibus meritò sequuntur. Præcipitur enim fidei actus: sicut scriptum est. Eccle.26. Qui timetis dominum, credite illi. Marc.vlt. Quare dictũ est à Christo: Qui non crediderit, condemnabitur. Deinde præcipitur etiam actus spei: vt in Psalmo dicitur. Spera in domino.

POST HAEC QVAE ALIA præcepta sequuntur.

Exod. 20 POst trium harum virtutum præcepta, sequuntur decem præcepta Decalogi, sic appellata, quoniam Deus decem verba loquutus est populo in monte Sinai: quæ duabus tabulis lapideis scribi mandauit: in quibus hæc decem præcepta continentur: ac ideò rectè distinguuntur in præcepta primæ tabulæ, & secundæ.

DIC PRAECEPTA PRIMÆ tabulæ.

TRia ſunt primæ tabulæ præcepta, per quæ ordinamur ad Deum rectè colendum.

Primum eſt: Ego ſum dominus Deus tuus: non habebis Deos alienos coram me, non facies tibi ſculptile.

Secundum: Non aſſumes nomen Dei tui in vanum.

Tertium: Memento, vt diem Sabbati ſanctifices.

Itaque primis duobus prohibentur, quæ Dei cultui maximè repugnant: ſcilicet primo idololatria, quæ eſt maximum peccatum.

Secundo nominis Dei irreuerentia, maximeque periurium.

Tertio verò præcepto præcipitur Dei cultus, qui fide, ſpe, & charitate maximè peragitur. Ideoq; illa priora præcepta in his includuntur.

DIC

DIC PRAECEPTA SECUNDAE tabulae.

SEptem sunt secundæ tabulæ præcepta, quæ à quarto illorum decem incipiunt.

Est ergo quartum: Honora patrẽ tuum, & matrem tuam.

Quintum: Non occides.

Sextum: Non mœchaberis.

Septimum: Non furtum facies.

Octauum: Non loqueris contra proximum tuum falsum testimoniũ.

Nonum: Non concupisces vxorem proximi tui.

Decimum: Non concupisces rem proximi tui.

His septem præceptis omnia, quæ ad proximos pertinent, explicantur: ac sicut per illa priora ad Deum colendum, ita per hęc ad conuiuendum iustè proximis ordinamur.

EXPLICA HORVM SEPTEM præceptorum rationem, & ordinem.

Quarto

QVarto præcepto primùm quidē ordinamur ad homines, quibus maximè tenemur, scilicet parentes. Et in his maiores omnes intellige, vbi etiam & quid maiores minoribus debeant, insinuatur. Atque ad hoc denique reducitur, quod sanguine iunctis, & omnibus proximis debemus iure quodam fraternitatis. Itaque omnia, quæ proximus proximo debet, hic intelliguntur mandari.

Reliquis verò quatuor sequentibus damna proximorum prohibentur, quæ opere fiunt.

Quinto scilicet, homicidium, omnisque corporea læsio, aut violentia iniusta: quod est damnum in propriā personam.

Sexto, adulterium, graue proximi damnum in personam coniunctam, hoc est, vxorem: vbi omnis fornicatio, & impudicitia, atque inhonestas, & deniq; omnis circa hæc delectatio, extra sanctum matrimonium prohibita, in-

ta, intelliguntur.

Septimo, omne damnum in substantiam prohibetur nomine furti: rapina scilicet, extorsio, vsura, iniusta commutatio, & cętera huiusmodi.

Octauo, omne mędacium in proximi damnum interdicitur, vbi & intelligimus omnem iniuriam, quæ fit verbis: vt contumeliam, detractionem, irrisionem, & similia. Duobus vltimis prohibentur non solùm actus ipsi exteriores adulterij, & furti, sed etiam consensus voluntatis in ipsos præter opus: vt ex eis etiam intelligamus idem esse in cæteris omnibus. Cum enim actus exterior prohibetur, pariter etiam consensus in ipsum prohiberi cenſetur.

QVANTVM, ET AD quid valet Christiano hæc mandatorum Dei cognitio?

MAndata Dei non solum cognoscenda, sed assiduò meditanda sunt

sunt omni Christiano, iuxta consi-
lium sapientis : Quæ tibi præcepit Eccle.3.
Deus, illa cogita semper. Valet enim
hoc maximè ad gratiam Dei nobis
conciliandam. Nam valdè hoc illi
placet. Et beatus est cuius voluntas in Psal.1.
lege domini: & in ea meditabitur die
ac nocte. Valet etiam ad vitam rectè
gubernandam. Necesse est enim, vt
opera nostra, si recta esse debent, huic
mandatorum Dei regulæ conformen
tur. Quare super omnes diuitias, su-
perque omnia bona mundi est æsti-
manda hæc mandatorum Dei medi-
tatio, atque cognitio: iuxta illud Psal-
mi: Dilexi mandata tua super aurum, Psal. 116.
& topazium.

EX IIS, QVAE DE PRAE-ceptis cognoscis, quomodo oras?

Præceptis singulis cognitis, sic oro
cum Augustino: Domine da quod iu
bes, hoc est, da, vt te diligam, proxi-
mum amem &c. Et cum Ecclesia.

Ora-

Oratio.

DEus in te sperantium fortitudo, adesto propitius inuocationibus meis, & quia sine te nihil potest mortalis infirmitas, præsta auxilium gratiæ tuæ, vt in exequendis mandatis tuis, & voluntate tibi, & actione placeam.

QVOMODO TE PRAEparas ad Dei præcepta?

Præceptis Dei cognitis, propono corã Deo, ea me seruaturũ, & Baptismi promissionem ratificans, sic dico.

Oratio.

SVmmæ maiestatis Domine, qui suauissimis præceptis tuis ad gloriam tuam, nostram autem vtilitatẽ, vt pater magis, quàm Dominus, nos gubernas, gratias tibi pro ea mandatorum tuorum noticia, quam mihi dignatus es concedere, agens, ea omnia me seruaturum, vt iure ipso, & professione baptismatis tenear, coram te denuò promitto, atque iam nunc de

omni.

omni transgressione illorum dolens, eam detestor. Tu, qui solus cor intueris meum, & ad te vales dirigere, da, vt hæc verè coram te promittens, ea toto corde meo custodiam.

AD PASTORES ET Pædagogos.

HAec omnia, rogo te, qui instituendis pueris Christianis incumbis, diligenter illis commenda, ac singula distinctè explicans, fac eos sæpius repetere, memoriaque tenere, & ad hoc frequenter illos ex corde excita, verbis, & captiui eorum conuenientibus, & dulcibus, ac tanquàm ex affectu quodam materno prodeuntibus, memor illius verbi Pauli, Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Quare hoc non tàtum Pædagogi, sed Ecclesiastici etiam Doctoris, & Pastoris esse puto. Sic itaq; in fine poteris eos adhortari. Galat. 4.

Hæc

Hæc filij mei, cordibus vestris, & memoria tenete. Cùm hinc discesseritis, vobiscum taciti ea recolite: quocunque ieritis, eorum recordamini, surgentes è lecto, euntes dormitum hæc dicite, certi per ea Deo gratissimam orationem, vobisque salutarem offerri. Nihil magis vos esse credatis, neque de vobis certius, & verius aliud cogitetis, quàm quòd sitis filij Dei, ac regni eius cœlestis hæredes, ab Ecclesia eius sponsa nunc vos doctrina hac tanquàm lacte nutriri cognoscite, quam si sequuti fueritis, sine dubio regna cœlestia, ad quæ in Baptismo fuistis regenerati, consequemini: sin minus, gehennam ignis æterni perpetuò vos passuros scitote. Videte ergo, quanta diligentia debeatis hæc scire, & amare. Neque verò hæc tanquam à me, vel ab alio homine dicta audiatis: sed certissimè credite à Christo ea vos audire, illiusque iussu, & spiritu

spiritu hęc Ecclesiam per me vos docere. Ipse enim Christus ait de nobis, qui hæc docemus. Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit. Itaque sic debetis hic esse, quasi coram Christo essetis, atque hæc tanquàm à Christo dicta, suscipite, & cũ alacritate etiam & domi, & foris hæc cantate: vana cantica, & obscena verba, tanquàm ore verbis Christi assueto indigna, reiicientes. Porrò prædicta paulatim puto omnibus esse inculcanda: quæ vero iam sequentur, prouectioribus, & iis qui plenè alia didicerint, proponere licebit, vt paulatim à lacte ad solidiorem cibũ prouehantur.

CAPVT V.

POst hæc opus est, vt Christiani institutoris diligentia in docendis iis, quæ ad cultum Dei pertinét, sedulo exerceatur. Est enim hæc vitę Christianę prima,

& precipua pars, ex qua, tanquàm ex capite, ad reliqua omnia Christianæ vitę officia deriuatur gratia, & virtus. Ex ordinatione nanq; ad Deũ opera omnia studiosa & boni & meriti rationem maximè sumũt, quod frequẽter credimus fore inculcandũ iis, qui ad vitam Christianã instituuntur. Sic ergo alloquatur puectiores iã doctor.

PRIMA EXHORtatio.

EX his omnibus, quæ, ex quo de Dei præceptis docere vos cœpimus, dicta sunt, rectè cõsideratis, cognoscetis aperte, filij charissimi, quòd sicut Deus primũ est summumq; bonum, bonorum omnium principium, & fons, totius naturæ, perfectionumque eius author, gratiæ atq; bonorũ spiritualium largitor; ita primò omnium ad illum nos, nostraq; omnia referre debemus. Quod nos semper supra docuimus, ac nunc iterum cõmendantes addimus, oportere quàm maximè

mè non ſolum totius vitæ, ſingulorumq; dierum, ſed cuiuſlibet etiam operis initium ab ipſius Dei cultu, venerationeq; auſpiciari. Vt quátum fragilitas humana, & tranſeuntis vitæ neceſsitates patiuntur, in illum ſemper intenti, ſi non continuè ſaltem frequenter ad eum aciem conſideratióis dirigamus, tanquàm videlicet ad ſcopum intentionis noſtræ, ſignumque ſemper ob oculos poſitum, ac omnium operum finem, & terminum, atque idcò etiam regulam. Ita, vt occupatis manibus, & reliquis membris operibus quibusque externis, oculi, Pſal.24.
cum Pſalmiſta, ſint ſemper ad dominum. Quòd ſi præ humana imbecillitate ad alia conuerſi fuerimus, Deique obliti, ſaltem aliqua habeamus monimenta, & ſigna quæ nos excitent ad frequentem in ipſum conuerſionem, ad breuem aliquam orationem cũ ſuſpirio cordis, & ardẽtiſſimo deſiderio emittendam in Deum, tan-

quàm sagittam aliquam velocem in destinatum signum. Habetis ad hoc breuissimam orationem Dominicam habetis Symbolum: quæ eximiæ cuiusdam virtutis sunt, habetis & reliquas, quas ex Ecclesia, & patribus vobis tradidimus, præcationes. Illas vel ad verbũ, vel in sententia frequentate. In quo exercitio, quod certè præcipuum est, & maioris vtilitatis, quam vel possim ego dicere, vel vos comprehendere, plurimum ab ecclesia per ea, quæ circa cultum Dei obseruat, adiuuamur. Incipietis ergo ex hoc exercitio sanctæ Eccleſiæ Cerimonias, atq; externa signa degustare, & quãnæ sint sapientiæ, ac authoritatis, quæ leues homines hodie non intellecta facile contemnunt, agnoscetis, atq; in his in dies magisq; prouicere vos experiemini. Considerate itaque, quòd Dei spiritu, eius Ecclesia, quę nos ipsi genuit, & enutrit sanctissimæ doctrinæ vberibus, agnoscens quàm sit Dei

cultus

cultus necessarius, & quòd per illum diuina gratia eiusque auxilium impetratur, & participatur ab hominibus, simulq; attendẽs filios suos imbecilles, & præsentis vitæ necessitatibus implicitos non posse omnes diutius huic tam sublimi operi vacare, corporeos etiam, & sensibilibus adiumentis ad spiritalia capessenda egere: deputauit quosdam huic functioni, vt vice omnium omni tempore benedicant dominum, locum designans, tempusq;, & ipsa etiam laudis Dei præconia è sanctis scripturis, & probatis traditionibus præscripsit, quibus cum Psalmista illi & per illos nos omnes circũeuntes, immolemus in tabernaculo Dei hostiam vociferationis, cantantes, & Psalmum dicentes Domino, Psal. 26.
Hos igitur ministros voluit in hac Christiana politia, & in hoc suo mystico corpore esse tanquàm altiora, honorabilioraq; membra, caput videlicet, os, oculos, cor: quibus nominibus

vocãtur in ſcripitura, qui ſunt ad hoc deputati, vt Deum pro omnibus colant. Ij enim reliquis omnibus ad vitam æternam viam oſtendunt, vt oculi: pro illis Deo loquuntur, vt os: gubernant eos, vt caput: & deniq; tanquàm cor gratiam virtutem videlicet vitalem per orationes attrahunt, & toti corpori transfundunt, vt poſsint omnia alia membra neceſſarijs officiis abſq; vitæ Chriſtianę detrimẽto, ma-
1. Co. 12. gis vero cum profectu inſeruire: Vt ſic, iuxta Pauli verbum, pro inuicem ſolicita ſunt membra. Oportet autem vos attentius conſiderare, quòd ſicut membra, vt à capite, & corde viuificentur, illis coniunguntur, atque auiditate quadam naturali fugunt ſpiritum, & virtutem: Separata verò vel craſsioribus oppleta humoribus neq; attrahunt, neque recipere poſſunt influentiam vitæ: Ita omnino nos Chriſtiani, qui membra ſumus rationalia, libertateque propria gaudemus,

omni

omni cura, & solicitudine, Ecclesiæ, cultuiq; eius nos vnire debemus, & spiritali desiderio ab ipso capite Christo, per ppinquiores ministros, perq; Ecclesiæ ipsius officia gratiæ influxú attrahere: sine quo tanq; palmites infructuosos, vt ipse ait, necesse est, nos in igné mitti. Reuera enim quantò id frequétius, & feruentius facimus, tantò amplius participes efficimur gratiæ. Et contra, quo longius ab his abstrahimur, eo magis elongamur à gratia. Præstiterit itaque multú, vt q̈ frequentissimè coniungamur toti Ecclesiæ, per suos ministros Deum laudanti, & oranti, si non corpore, saltem intentione, ac desyderio. Merito enim credimus melius Ecclesiam sanctam scire quomodo sit orandum, atque à spiritu sancto certius dirigi ad ea, quæ nobis necessaria sunt corá, Deo agenda, postulanda, atque prosequenda, quàm nos singulos: adeo etiam vnionis amico communia vota facilius

exaudiuntur. De hoc igitur, vt ad animarum vestrarum salutem doceamini; sequentes interrogationes percipite attentis animis, & edisserite responsiones.

QVOMODO AD TEMpla se habere debet Christianus?

TEmpla, & ædes sacræ, & propter significationem, & propter diuinæ virtutis assistentiam, & eorũ, quæ in illis aguntur, sanctitatem, sunt ab omnibus Christianis magna reuerentia honerandæ, & prosequendæ intimo cordis amore, frequentandæ etiam vel corpore simul & animo, vel saltem animo, quantum necessitatis huius vitæ permittunt.

DIC QVID TEMPLA repræsentent?

EXterius hoc templum representat primò ecclesiam illam cœlestis Hierusalem vbi deus, & beati omnes inhabitant, estque in ea perpetua gratiarum

tiarum actio, & vox laudis: deinde militantem hanc Ecclesiam, & in hoc seculo peregrinantem, societatem videlicet fidelium omnium: in qua fundamentum est Christus Apostoli columnæ, martyres mures, reliqui sancti, & fideles omnes sumus lapides viui. Ita etiam altaria repræsentant crucem, in qua se Christus obtulit, in cuius fide sancti omnes, in quorum memoriam altaria erecta sunt, & collocatæ imagines, sese obtulerunt Deo sacrificium acceptum.

HABENT NE VLTRA significationem aliquid tẽpla Christiana?

HAbent certè Christiana templa, & altaria mysticam consecrationem, seu benedictionem orationibus sacris, atq; Chrismate apostolica traditione perfectam, quibus, fit vt non signa duntaxat sint, sed contineant etiam virtutem ad deuotionem san-

ctam, cultumque Dei excitantem fidelium animos. Estque Deus ipse spirituali, specialiq; virtute eis præsens propter quod dicitur in Psal. Dominus in templo sancto suo. Adsunt & sanctorum Angelorum, & aliorum etiam beatorum agmina, singulari cura & protectione astantes custodientia: de quibus loquitur Psal. Præuenerũt principes coniuncti psallentibus.

Psal. 10.

Psal. 67.

AD QVAE EXERCITIA sunt templa hæc consecrata?

SVnt Christi templa præcipue dedicata ad Deum laudibus, & orationibus colendum, & ad communicandũ hominibus diuina. In eis enim populi Christiani sacri conuentus fiunt, vt communibus votis exoretur Deus, & laudetur: ac vt de diuina voluntate, & salute æterna erudiantur fideles. Et denique vt eius Sacramenta percipiant. Sunt nanque templa spiritalis commercij domus: sicut aliæ

prophana commercia ſunt inſtitutæ.

QVO ERGO AFFECTV templum ingrederis, & qualiter oras ingrediens?

TEmplũ ingrediens primõ ex cõſideratione præſentiæ Dei, & ſanctorum totus concutior timore, & verecundia, conſcius ſordium, & impuritatis animę meæ, & timens illud Euangelij: Quomodo huc intraſti non habens veſtẽ nuptialem? Illud etiam, quod Moyſi dictum fuit mihi dici à Deo, & ſanctis reputans: Tolle calciamentum de pedibus tuis, toto conatu omnes humanos, & ſeculares affectus exuo, & peccatorum omniũ, ſpecialiter illorum, quæ agnoſco me poſt peractam proximam confeſſionem commiſiſſe agens pœnitentiam, & ſtans in corde meo à longe cum publicano percutio pectus meũ, & dico: Deus propitius eſto mihi peccatori.

Mat. 22.

Exo. 3.

Luc. 18.

Et

Psal.50. Et cum Dauid: Auerte faciē tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele, ne proicias me à facie tua: & similia. Deinde Ecclesiam hanc militantem: & peregrinantem in hoc seculo societatem scilicet membrorū Christi per templum significatam intelligens, toto affectu desydero eius viuum membrum esse, & fieri particeps communionis sanctorum, dicés:

Psal.25. Domine dilexi decorem domus tuę, & locum habitationis gloriæ tuæ.

Odiui Ecclesiam malignantium, & cum impiis non sedebo: & oro illuc

Psal.5. Psal. Ego autem in multitudine misericordiæ tuæ introibo in domum tu am, adorabo ad templum sanctum tu in timore tuo, hoc est, quando m gna tua misericordia das mihi hoc plum ingredi, da, vt non corpore lum, & numero, sed spiritu etiam veritate ad templum corporis tui stici, quod inhabitas, pertineam, v mo tandem memor Ecclesiæ alte

cc

cœlestis, æternæ videlicet, & felicis societatis omnium Deo iam fruentiũ prorumpo in desideria illius, clamás, quàm dilecta tabernacula tua domine virtutum: concupiscit, & deficit anima mea in atria domini: vnam petii à domino hanc requiram, vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ. Demum omnibus, qui iam in templo mecum conuenerunt, communicans, sic pro me, & illis oro cum Ecclesia.

Oratio.

DEus, qui summa benignitate templa tibi dicata inhabitas, & vbicunque in nomine tuo fideles conuenerint, affuturum te promisisti, templum hoc potentia tuæ inhabitationis illustra, vt omnes, qui hùc te deprecaturi conuenimus, ex quacunque tribulatione ad te clamauerimus, consolationis tuæ beneficia consequamur.

am, quomodo ad ea,
quæ ibi gerun-
tur, te ha-
bes?

INgressus teplum, ante omnia
tholicæ Ecclesiæ m per intent
coniungēs, cupio orationum eius
ticeps fieri, & iuxta illa, quæ cog
inibi agi affectus meos formio, &
mo erecto in Deum animo cog
quàm dignus sit Deus & pro sua
nitate immensa, & pro ingentib
nos beneficijs laudari, & quàm i
fessis vocibus à Sanctis omnib
cœlis laudetur, quodq; pij omn
hoc etiam exilio, quantum infirm
humana potest, omnibus neru
hoc contendunt, vt sacrificio la
Deum honorent, quòd iam tunc
am fit in templo. Itaque me ipsum
cito ad eum toto corde amandum
laudandum: dicens Magnus Do
Pg. 144. nus, & laudabilis nimis, sapientiæ

non est numerus, & potentiæ eius nō est finis. Cantabo Domino in vita mea: Psallam Deo meo, quamdiu Psal.103.
sum. Et iterum Quid mihi est in cœ- Psal.72.
lo, & à te quid volui super terram? Deus cordis mei, pars mea Deus in æternum. Mihi adhærere Deo bonum est, ponere in Domino spem meam, vt annúciem omnes prædicationes tuas, in portis filiæ Sion. Post hæc intelligēs etiam, quòd Ecclesia à spiritu sancto instructa postulat pro omnibus nobis gemitibus inenarrabilibus, omnia maximè nobis ad salutem conuenientia, & cuique articulo oportuna, cum illa pariter oro. Effun Psal.129.
de Domine super nos misericordiam Psal.118.
tuam: Sint aures tuæ intendentes in vocem Ecclesiæ tuæ. Deinde cùm Apostolica, & Euangelica doctrina exponitur, summa cum auiditate illam audio, quasi qui inuenit spolia multa, & non aliter illa Dei verba, quàm eius ad me de cœlo destinatas literas,

literas sanguine Christi signatas
Psal.118. reor. Dicens cum Dauid. Bonu
hi lex oris tui, super millia auri, &
genti. Manus tuæ fecerunt me, &
mauerunt me, Da mihi intelle
vt discam mandata tua, & custo
illa in toto corde meo. Scio ita
neri me ad semper ex doctrina
quod mandandum memoriæ, i
pe, quod mihi vtilius agnosco.
postea attentius cogitem, & con
nicem etiam his, quibus conuiu
stremò cum Sacramenta admi
tur, siue, quæ iam recepi, nec vl
xari debent, vt Baptismus, Co
tio, siue alia, quibus participa
debeo, vt Eucharistia, aut quib
participant, asto cum magna re
tia, cogitans quanta sit abu
gratiæ Christi in Sacramentis:
dura exigenda à nobis ratio co
ptus, & irreuerentiæ eorum.
cupio illorum verè fieri partic
quantum in me est, deuotione

tus, & humilitate ad Christi gratiam anhelo.

SECVNDA EXHORTATIO.

Posthæc instructor diligens sic exhortabitur eos, quibus hæc tradiderit.

HAec, quæ vos respondere docui, Christi discipuli mihi dilectissimi, certissima Catholicæ fidei dogmata sunt, quæ cordibus vestris recondita, magnam afferent ad totam vitam, & vtilitatem, & suauitatem. Hac ergo certissima fide muniti, media regia via incedetis, vitantes extrema omnia. Sunt enim qui superbia quadam, & contemptu nihil templis, & altaribus deferunt, nihil inter ea, & prophanas mensas discernentes, ac ideo frustra putant esse benedictiones, & consecrationes Ecclesiæ: quos illa damnat, & vos damnate, certi templis Christianis multo verius conuenire, quàm templo Iudæorum, id quod

dictum est. Est enim quædam v
2.Mac.1. Dei in loco . Nam ipse qui ha
in cœlis, visitator, & adiutor c
illius, Res has corporeas, & in s
les ex sacerdotio Christi, ex sac
ctione, & oratione Ecclesiæ v
tem spiritalem, & sanctitatem q
dàm contrahere credite, qua a
nostræ excitantur ad Dei reuere
vt reuera dici possit de illis, quo
cob de loco illo, in quo Deus s
uelauerat: Vere Dominus est i
Gen.28. isto . Non est hic aliud, nisi d
Dei, & porta cœli. Sunt alij, q
suetudine quadam, & in deu
mentis, etiã sic hoc credant, ni
men magis in templo Dei reue
versantur, q̃ in prophano quo
co . Quod certe maxime fugie
est tanquam periculosissimum,
uissimũ sacrilegium . Atq; illu
maxime in templo obseruandũ
nicatio autem, aut omnis imm
aut auaritia, nec nominetur in

ſicut decet ſanctos: neq; turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ Ephe. 5.
ad rem nō pertinet: ſed magis gratiarum actio. Nūquàm templū Dei abſque conſcientiæ diſcuſsione, cōpunctiōe cordis &, timore ingredi debet fidelis: idq; maxime Deo dicatis diebus. Cùm ad Sacrificiū cōgregamur, curandum eſt, vt ſcilicet præteritorū dierum peccata lugeantur, & negligētiæ emendētur. Cæteris vero diebus, ſi non vacat in templum venire, deſiderio tamē, & corde laudibus, & orationibus Eccleſiæ participes effici curemus, idq; ſaltem, cum voces illas, & ſigna per quæ ad officia diuina fideles vocātur, audimus. Ex quibus iam videre poteſtis quàm frequenter, & facile ad Deum conuerti, & orationum Eccleſiæ meminiſſe poſſumus, & noſtras etiam ipſi ad Deum dirigere, iuxta ea, quæ dicta ſunt. Iam vero, quia inter Eccleſiæ officia ſacræ Miſſæ celebratio præcipua eſt, ad

quam omnia alia, quæ in ecclesia
ordinãtur, tanquam ad summum
delicet donum Dei, hoc est, fac
Christi corpus, quod in ea vere c
secratur, offertur, & sumitur: opo
vos de illius mysteriis, si non om
saltem aliqua discere: vt hoc diu
saluberrimumq;, & quotidianum
ficium non sine animarum vestra
fructu peragatur. Sequentia itaque
tendite.

QVID POTISSIMVM IN Missæ celebratione, agit Ecclesia?

IN celebratione Missæ duo Ec
sia præcipuè agit. Primò perfici
cramentum Eucharistiæ, prout C
stus instituit, oblatiõe scilicet eiu
Sacrificij, Consecratione, & sum
ne, vt Sacramenti. Secundo ad
nos præparat per commemora
nem, & repræsentationem & vita
mortis Christi. Sic enim ipse pra
pit, hoc (inquiens) facite in meam

memorationem. Ad quod omnis illa solennitas, & maior, quàm in reliquis Sacramentis seruetur, tendit.

EXPLICA QVOMODO hoc fiat in Missa.

VIta Christi saluatoris nostri in tres præcipuas partes distribuitur, scilicet, ingressum in mũdum vsque ad initium prædicationis, progressum in prædicatione, egressum in passione, & morte: in qua etiam tria præcipua ad salutem nostram, iuxta prædictam distributionem inuenimus ab ipso completa, scilicet sui humiliationem, atque occultationem, manifestationem patris, & cæterorum ad nostram salutem pertinentium: tertiũ denique oblationem sui ipsius, qua placuit patrem, & satisfecit pro peccatis nostris. Ita etiam Missam tribus partibus Ecclesia compleuit. Prima est præparatio, & humilatio nostri, primæ patri vitæ Christi respondens, quæ primis orationibus terminatur.

Secunda instructio, quæ vsque
Symbolum fidei durat, & Ch
prædicationi respõdet. Tertia est p
fectio, atque consummatio Sacra
ti, passionem exprimes.

DIC QVID IN PRIMA
illa parte fiat, & repræ-
sentetur?

CVm sacerdotem egredienter
sacrario, vestibus sacris ornat
& appropinquantem altari intu
Psal.18. Christum considero, ex cubili sa
tissimo virginalis aulæ, tanquàm
sum de thalamo procedentem, fr
litate quidem naturæ nostræ v
tum, sed eadem mira gratia, & vi
tibus decorata, moxque sese ostie
tem passioni, & cruci: quam altar
gnificat. Inclinatio vero illa sacer
tis, & peccatorũ confessio aperte
ostenditur, quod ipse Christus i
Roma.8. militudine carnis peccati natus, se
iecit vsque ad solum, & præsep

vsque ad remedia peccati in circumcisione, & Baptismo sumenda: quo sic nos humiliaret, & vere exaltaret coram Deo.

PROSEQVERE cætera.

CAntatur interim solēniter aliquid, præcipue ex Psalmis: deinde reperitur imploratio illa misericordiæ magnis vocibus, Kyrieeleyson: quæ patrum desideria de aduentu Christi, quæ ex cognitione præsentis miseriæ, cum imploratione misericordiæ Deo offerebant, repræsentant, & accēdunt in me desiderium participandæ huius gratiæ, & noui aduentus Dei in animam meam. Quæ omnia intelligo mihi in Missa offerri. Quare cum illis patribus clamo: Vtinam dis- Isai. 64.
rumperes cœlos, & per nouum gratiæ effectum in me, in nos omnes, & in Ecclesiam descenderes Miseriæ etiam huius vitæ, & propriæ fragilitatis cognitione clamo: Dñe miserere mei.

Post quæ iam in diebus lætitię h
cum Angelorum, quem in natiu
Christi cătarunt, audiens, gaudi
lestia propter aduentum Chris
salutem nostram cogito.

RECTE QVIDEM HAE

Sed comple reliqua hu-
ius partis.

TVnc demum salutatio illa sa
dotis, quæ sequitur: Dñs vo
cum mihi significat, quomodo C
stus in suo illo primo ingressu, &
tiuitate humillima quidem, nonn
sese ostendit: quamuis id modicè,
storibus scilicet, & Magis in præs
in tẽplo Simeoni, Annę, & reliq
Ioanni in Baptismo. Sed post illa
sum statim se abscondit sub infa
illa, fuga in Aegyptum, subiecti
parentum, & deserto: quo temp
credimus illum orationibus max
apud patrem se exercuisse, cum v
ret à cæteris, atque illis negotiun
lutis nostræ egisse. Fuerunt enim

orat

orationes vna ex præcipius partibus redemptionis nostræ, & meriti eius, Paulo dicente: Exauditus est pro sua reuerentia, Et hoc priores illæ orationes Missæ mihi significant, & simul admonent, vt dicam Deo: Domine, filij tui orationibus, quas pro me fecit, & adhuc apud te facit, ac sponsæ eius Ecclesiæ simul, salua me, & quæ illi pro me petunt, qui norunt, quid magis mihi conueniat, concede. Et sic respondeo ex corde: Amen, amen. Atque ita præparatus ad sequentia procedo. Hebrę. 5.

EXPLICASTI PRIMAM PARtem vitæ Christi, & Missæ, dic iam de secunda.

CHristus multa sua post illam humiliationem, atque orationem totis triginta annis magno mysterio, & exemplo expletam, docere cœpit: totoque reliquo vitæ tempore vsque ad passionē docuit nos de salute æterna. Ita Ecclesia post supradictam præpa-

rationem populum docet. Primo qu
dem lectione quadam, quam Epist
lam vocant, ex veteri Testament
vel ex Apostolorum doctrina desu
pta. Postquam, vt quædam cant
sunt, Euangelij magna cum solenn
tate, & reuerentia annunciat: mox
solennibus diebus Symbolum fid
magnis vocibus cantatur in signu
credentium ex Christi, & Apost
lorum prædicatiõe, inter quos & n
sumus.

DIC QVID HAEC SIGNIFICENT?

DOctrinam Christi præcessit è
cino prædicatio Ioannis, q
dispositio quædam fuit ad Euange
um. Neq; enim aliud egit, quàm
ad Christum mitteret omnes, ide
annunciatione imminentis iudi
Math.3. vnde dicebat: Iam securis ad ra
cem arboris posita est: demonstrati
Ioan.1. ne præsentis gratię: Ecce agnus D
Luc.3. & denique prædicatione pœnitẽti

Fac

Facite fructus dignos pœnitẽtiæ. Atque hanc Ioannis prædicationẽ Epistola illa significat. Illa vero, quæ post Epistolam cantantur, gemitus, & pœnitentiam significant eorum, quos Ioannes conuertebat. Ac quoniam inter hos gemitus solet esse etiam magna consolatio, aliquando quoque inter hæc Alleluia cantatur. Post quæ statim Euangelium ipsum per Christũ, & suos cœptum est annũciari: in quo dulcissima verba Christi, exẽpla virtutum eius, miracula, indefessusque labor pro salute nostra continentur, quæ lectio Euangelij significat.

QVOMODO TE AD hæc habes?

CVm harum lectionum aliquid intelligo, illud in corde recõdo: vel cum mihi exponitur. Sin minus: Cogito Iohannem prædicantem, & magno feruore ducentem homines ad Christum. Deinde Christũ verbis,

& operibus de salute æterna instr
entem, atque ab eo humiliter pe
vt me timore sancto ad suam doctr
nam disponat: & aliquid eius degus
re det. Ac sic in Symbolo audio vo
ces illorum, qui Christo prædican
crediderunt: vt illius mulieres clama
Lucę.11. tis: Beatus venter, qui te portauit: &
Mat.16. Petri confitentis: Tu es Christus fili-
us Dei viui: postremo etiam totius
Ecclesiæ. Atque hanc viuam fidem
mihi cupio à Deo infundi, intelligés
eam esse fructum doctrinæ, & mira-
culorum Christi.

DIC QVOMODO INTELLIGAS TERTIAM PARTEM MISSÆ.

SIcut Christus post supra dicta to-
tum se cóuertit ad passionis sacri-
Ephe.5. ficium: vt scilicet patri in odorem sua-
uitatis se offerret, ita Ecclesia in vlti-
ma parte Missæ tota est intenta ad of-
ferendum, complendumque sacrifi-
cium: idque facit miro ordine.

EXPLI-

EXPLICA PRIMVM, quod sit hoc Sacrificium ab Ecclesia oblatum.

SAcrificium, bonum aliquod Deo gratum est, quod illi à nobis offertur in recognitionem debitæ seruitutis, vel in gratiarum actionem pro beneficiis, vel certe ad impetranda, quæ nobis necessaria sunt, vel postremo in satisfactionem peccatorum. His enim de caussis constat in scriptura Deo oblata esse sacrificia, & horum omnium causa Christus sese obtulit sacrificium perfectissimũ patri in passione. Satisfecit enim pro peccatis: Egit gratias pro beneficiis: exhibuit, quàm omnes debemus, seruitutem, impetrauitque omnia nobis ad salutem necessaria, quod sacrificium omni ex parte gratissimum fuit patri. Id enim quod offerebatur, & voluntas, qua offerebatur, erant summè grata. Propter quod Sacrificium, si quid ex

nobis

nobis Deo placere potest, gratum est. Ideoque ipse Christus, post se ipsum omnes suos fideles tanquam propria membra eorumque omnia in Dei laudem opera, simul etiam obtulit, propter se Deo grata. Cui se conformãs Ecclesia, & obediens, idem etiãm: quod ipse obtulit, offert Deo, scilicet ipsum Christum, & omnes eius fideles, cuncta etiam illorum opera bona.

OSTENDE VBI HAEC Ecclesia, & quomodo offert.

OFfert Ecclesia primo terrenas illas Creaturas panis, & vini cum orationibus sanctis. Agnoscit enim de omni bono nobis à Deo dato, illi iuste sacrificandum esse. Inter hæc vero sunt exteriora alimenta ad vitæ sustentationem creata. De illis ergo Sacrificium offert, non quo Deus ci-

betur,

betur, sed quo omnium dominus agnoscatur. Neque tamen hoc solum offert: sed intelligit pane illo, & vino, carnem & sanguinem Christi significari primo, deinde conuerti in ea ipsa, quæ significant, de quibus Christus dixit: Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Agnoscit etiam significari iisdem creaturis panis, & vini vnitatem corporis mystici, in qua, vt Paulus inquit, Vnus panis, & vnũ corpus multi sumus. Atque hæc duo etiã sub illo pane, & vino offert, vt simul de omni humano bono Deo sacrificet. Corpus enim Christi in passione, & sanctorũ quoque corpora per Martyrium, vel mortificationem Sacrificium sunt Deo gratissimũ. Animę etiã, & Christi, & Sanctorũ, & eorum oĩa sancto opera igni charitatis accẽsã Deo sacrificiantur. Quę oĩa hic Ecclesia offert de exterioribus rebus, & de corporibus, & aĩabus vniuersale hoc Christianorum

Ioan. 6.

1. Co. 10.

Sacri-

Libro. 10 cap. 6. de Ciu. Dei.

Sacrificium complens, vt Augustinus ait.

DIC QVA AVTHORITATE, & quo fructu hoc fiat?

Fit procul dubio Christi præcepto, Apostolis tradito, & per illos Ecclesiæ, perpetuo in ea obseruato, vt sit in Ecclesia sacerdotij Christi secũdum ordinem Melchisedech æterni, integruni munus, ideoque etiam visibile sacrificium, Deo gratum.

Psal. 109.

Fructus vero est, vt, quia in multis quotidie omnes offendimus, iugiter etiam participes efficiamur sacrificij Christi, per quod nobis remittuntur peccata, & placatur Deus. Supplemus etiam id, quod minus facimus in gratiis reddendis Deo, orandoque pro salute nostra, & debita illi seruitute agnoscenda. Communicamus quoque sanctorum omnium bonis operibus.

QVAN-

QVANTVM FRVCTVM PVtas consequi nos hac oblatione?

SCio certissimum esse Deum magis respicere, ex quanta deuotione, contritioneque, & promptitudine aliquid ei offeratur, quàm quantùm sit quod offertur. Ideoque agnosco, quanuis id, quod in Missa offertur, infinitum sit, scilicet passio Christi, eius meritũ, & satisfactio: sed tantùm quemlibet sibi remissionis, & gratiæ inde habere, quanta est apud Deum sua deuotio, & præparatio cordis, quantùm amat, & desiderat Christum, & quantùm illi patienti configuratur. Ideoq; ex quo illa incipit Sacrificij oblatio, conor Christo, & Sanctorum omniũ societati me coniungere, & dico Deo: Fac me Domine participem sacrificij, quod tibi in cruce obtulit Christus, & quod nunc tibi offert Ecclesia. Nã illi, quantum possum, me conformãs, quæ voluit, quæ amauit Christus,

amo,& volo gloriam tuã scilicet: quę odiuit, odio peccata omnia, & meipsum totum in tuum obsequium, & honorem cupio expendere, sicut vnigenitus tuus in passione se totum pro tua obedientia tradidit.

DIC DE ORDINE, QVEM Ecclesia seruat in hac oblatione.

ECclesia tota representando nobis Christum intenta, sicut videt ipsum proxime ante passionem tempore, completis & miraculis, & doctrina, videlicet post Lazari resurrectionem delituisse in regione iuxta desertũ: vbi maximè videtur, se ad passionem parasse, seq; in illo secreto, quod per totam vitam fecerat obtulisse patri, & orasse pro nobis, quo peracto reuersus in Hierusalem, cum magna solennitate, & lætitia exceptus est, cantantibus cunctis: Benedictus qui venit in nomine domini. Ita Ecclesia sacerdotem post Symbolum, & salutationem

Ioan. 11.

Mat. 21.

tionem sequentem, quibus finis doctrinæ Christi significatur, vult in secreto, primò efferre panis, & vini mysticum sacrificium, atq; orationibus silenter dictis, illud cómendare. Quibus completis, cum solenni cãtu sacerdos incipit prę fationẽ illã ingressum, illum festiuum Christi in Hierusalem significans. Postquam omnes cantunt: Sanctus, & benedictus qui venit, vt significetur pari lætitia omnes astantes Missæ debere Christum in Sacramento se præsentem exhibentem excipere, ac ita ire obuiam illi per sancta desyderia, sicut fecit plebs illa deuota in die Palmarum, & per considerationem beneficij, quòd ibi exhibetur nobis, nos ipsos, nostraque omnia abnegare, & contemnere coram Deo, sicut illi vestimenta sua deponentes sternebant in via.

EXPLICA QVOD AGITUR completa præfatione.

POst illam solennitatem præfationis Sacerdos in secreto silentio orat primò pro tota Ecclesia, & pro iis, qui
1. Tim. 2. in sublimitate sunt, vt Paulus iubet, & in speciali pro illis, quibus tenetur, pro omnibus offerens sacrificium. Secundò implorat sanctorũ patrocinia, vbi Christum repræsentat illis diebus ab ingressu Hierusalem vsque ad passionem, quem credendum est illo maximè tempore orationi, & oblationi sui ipsius vacasse post doctrinam, quam illis diebus frequenter tradidit. Quò enim magis passioni appropinquabat, eò feruentioribus desyderiis salutis nostræ exercebatur. Ac ita ego illo tempore hæc considerans, quantis possum desideriis oro cum Ecclesia pro omnibus eius membris. Post quę omnia ad vltimam cœnam veniens sacerdos Christum panem & vinum consecrantem, atque in suum corpus, & sanguinem conuertentem repræsentat, idem etiam ipse faciens, & sta-

tim

tim præ lætitia ſpirituali non ſe continens, eleuat conſecrata ſacrificia, & ſiſtit Deo, atque omnibus adoranda exhibet, ſignificans Chriſtum exaltatum in cruce, ſuo ſanguine irrigantem terram.

DECLARA, QVOD SEquitur Eleuationem.

IAm ab illa hora Chriſtus in Cruce viuus pendens, repreſentatur. Vbi & ſilentio feruentiſsimè oraſſe creditur, & ſeptem illas voces ſuauiſsimas protuliſſe. Ita Sacerdos orat rurſum in ſilentio pro omnibus, vſq; ad eos etiam, qui in purgatorio ſunt, orationem extendens. Deinde orationem dominicam alta voce pronunciat, ſeptem continentem petitiones, in verborum illorum ſignum. Itaque hoc tempore debemus omnes fideles maximè eſſe ſuſpenſi, ac ſi Chriſtum crucifixum intueremur: ac ita orare excitantes nos ad veram compũctionem, tanquàm qui digni ęterna mortè

simus: deinde concepta spe de tanta redemptoris virtute clamare cum latrone: Meméto mei domine: & quanto deuotius possúmus, orare Christú præsentem pro salute nostra, cogitantes illa, quæ in cruce passus est: & illud præcipuè verbum tenentes memoria: Sicut Moses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternã. Et nos tanq; ignitis infernalis serpentis morsibus vulnerati, peccatis scilicet, adoremus in similitudiné carnis peccati Christum crucifixum.

Luc. 23.

Ioan. 3.

DIC CAETERA QVAE sequuntur.

POst hæc diuiditur hostia, quasi distribuenda. Nam, quamuis non sint, qui sacramentú corpore sumant, omnes tamen fideles per fidem, & deuotionẽ efficiuntur participes eius. Quod illa diuisio significat: in qua etiam mors Christi representatur. In

ea enim anima eius à corpore diuisa fuit. Quare in memoriam clamoris illius, quo expirauit, Sacerdos etiam altiori voce clamans, annunciat pacem. Mat. 27.
Christus enim per sanguinem suum pacificauit, & quæ in cœlis, & quæ in terris sunt. Ac in signum etiam terræmotus illius, quo petræ scissæ sunt, & compunctionis quoque eorum, qui astabant cruci, & percutientes pectora sua, reuertebantur, clamat tunc Ecclesia: Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, &c. Quibus omnibus nos etiã ad magnam compunctionem excitamur, & præparamur ad sumptionem Sacramẽti: vt scilicet mãducemus eius carnẽ, & bibamus eius sanguinem, qui dicit: Nisi hæc manducaueritis, non habebitis vitã in vobis. Quod si non ab omnibus Sacramentaliter fit, tamẽ sacerdos pro omnibus id facit, & omnes etiam spiritualiter iustum est, vt sumant. Cogito itaque tunc, quomodo sumentes Christum in memoriam Coloss. 1. Luc. 23. Ioan. 6.

passionis, & mortis eius, monumentum quodammodo efficiuntur ipsius. Atque oro, vt si non sacramentaliter, saltem fide, & deuotione carnis eius particeps efficiar, & cor meum per continuam sue mortis meditationem, monumentum eius esse mereatur.

DECLARA, QVAE POST sumptionem fiunt.

SVmpto iam Sacramento, omnia in gratiarum actione cõcludit Ecclesia, atque iocunditate cordis. Et ita sacerdos gratias agens, & ex magna spe felicem illam vnionem ad Deum, quæ sumptione Sacramenti significatur, consequendi, orat, vt in gratia Christi perseueremus, & ad consummationem perueniamus. Nihil enim iam reliquum est post tantam Sacramenti gratiã, in quibus etiam Christi resurrectio, & apparitio significatur, atque lætitia eorum, quibus se ostendit. Sicut enim Christus, quamuis mortuus corpore, diuinitate tamen

viuus

viuus, immò vita ipsa, post modicum resurrexit, ipsum sepulchrum gloria suæ resurrectionis illustrans, ita sumpto corpore suo viuo, sed in memoriam mortis sumentes, viuificantur, & replẽtur exultatione, vnde omnis illa congratulatio. Et nequid desit, ipsa ascensio Christi postremò significatur, cum dicitur: Ite missa est: vel Benedicamus Dño. Sicut enim Christus ascendens in cœlũ, erexit animos omnium ad cœlestia, & spem maximam dedit illa cõsequendi: & reuersi sunt, qui astiterunt illi ascendenti, laudantes, & benedicentes dominum, ita dicitur nobis: Missa est, hoc est, iam viua hostia Christus, oblatus pro nobis patri astat perpetuò, interpellans pro salute nostra. Ite iam, nõ ad vana, & inania huius seculi quærẽda, sed ad desiderãda cœlestia, & reuertimini ad vestra corpore: mente verò laudãtes, & benedicentes dominum pro tantis, & tam incomprehensibilibus benefi- Luc. 24.

ciis gratias semper agite.

TERTIA EXHORtatio.

Ioan. 15. HAec dilectissimi fratres in Christo, si scitis, vt verbis eius dicam, beati eritis, si feceritis ea: si hæc mysteria sacrosancti altaris Sacrificij tam mũdè, & purè ab Ecclesia ob oculos etiam exhiberi agnoueritis, vt arctius cordibus infigantur, si fidei oculis ea contemplemini: beatos vos planè dixerim, beatos inquam: quia liberos ab hæreticorum & Schismaticorum blasphemiis, qui ore sacrilego, & cordibus obduratis purissima hęc, & diuina mysteria detestantur, & fugiunt, non dubium, quin Sathanæ spiritu, qui hæc non sustinet humanæ redemptionis mysteria. Nam, rogo, quid in his est, quare abominandam, & reiiciendam dicant Missam? quare recolere, representare, offerre cum tantis incitamentis ad amorem Christi prohibent,

hibẽt, quod Apostoli docuerũt, quod omnes, & Latini, & Græci doctores semper fuisse in Ecclesia testantur? An nó satius erat humiliter quęrere, quos modo intelligerent obscura, reuerẽter interpretari, quæ dumus aliquid significabant: qualia in scriptura multa interpretamur, quam quaçunq; vel leuissima apparentia offensi omnia reiicere? Beatos ergo vos dico, qui hæc tenentes, quę purissima fidei sunt dogmata, opere vos ostenditis esse, de quibus Christus patri loquitur: Reuelasti ea paruulis, & abscondisti ea à sapientibus & prudentibus: quales isti sunt, de quibus loquimur. Vos igitur ex his, quæ captui vestro coaptata breuiter explicauimus, agnoscite immensam quándá esse abyssum mysteriorũ cœlestium in hac sacratissima Missæ functione, totius scilicet redẽptionis nostrę secreta, quę nó dubitam⁹ quotidie vobis magis ac magis à Deo reuelánda súma cú spiritus consolatione, ac sum- Mat. 11.

ac summo cum profectu: modò id animo firmissimè statuatis, quod ex dictis colligitur, nihil esse in Ecclesiæ sanctæ officiis non sanctum, nó vtile, non consilio spiritus sancti inuectú.

Esa. 7. Nisi enim credideritis, non intelligetis. Ac verò fides hæc cum humili inquisitione meretur apud Deum intelligentiam. Quare beatos vos iterum assero, hæc cognoscentes, quòd verè in libertatem vocatos video: cùm amoto velamine externorum signorũ, non sub illis seruitis, vt olim Iudæi:

2. Cor. 3. sed reuelata facie gloriam domini speculantes, transformamini in eandem imaginem Christi, videlicet crucifixi, eiusque ardentissimæ charitatis. Nam signa, qualia in Ecclesia fiunt, videre, neque aliud vltra ea intelligere, aut cogitare, planè ignauia indigna Christiano est, & ad Iudaicum sensum accedens. Quamuis enim melius sit humiliter illa custodire, maiorumq; qui ea intelligũt, menti conformari, quàm

in to-

in totum reiicere: opus est tamen ad libertatem per eorum intelligentiam aspirare: modo id modestè fiat per humile desiderium, & eorū, quæ traduntur, attentam considerationem. Quāobrem vobis, quanta possūm charitate, commendo, vt non cum superbia, vel aliorum contemptu, sed cum magna gratiarum actione hęc teneatis, & assiduè cogitetis, compatiētes eis, qui hæc vel contemnunt, vel non intelligunt. Postremò tādem, vt beati, sicut hîc esse potestis, sitis, curate hæc, quæ audistis, oculis fidei contemplari, & ex illis ad Dei amorem accendi. Sunt enim ad hoc efficacissima, vt verè ea dixerim esse ardentissimas flammas. Nam quis hunc tantum ignem, quo Christus in passione concaluit intra se, & cuius ardore factum est cor eius tanquàm cera liquescens, in sinu cordis, & memoriæ suæ absconditum tenens, non accendatur ad amorem, ad laudem, ad obsequium Dei? Atque

Psalm. 38.
Psalm. 21.

hæc

hæc planè vltima est, & summa huius vitæ felicitas semper amare, semper ardere amore, quotidie in eo proficere, non speculationi frigidæ, & superbæ inhærere. Huic respondet plena, & summa felicitas patrię. Tantò enim plenius fueris Deo illìc, quantò magis hìc amaueris, ac quātò maiore ardore, & desiderio quæsieris. Quod, rogo vos, semper agite, maximè verò in Ecclesia in diuinis officiis, & super omnia in sacratissima Missa. Quod si quæ in ministris Ecclesiæ, quæ vos offendant, conspexeritis: si qua vel in ipsis officiis, vel extra illa minus recta, minusque tantam Ecclesię sanctitatem decentia occurrerint, ne propterea turbemini, aut ipsa mysteria cō tempseritis. Sunt enim illi homines: Hebr. 5. Gene. 9. sunt circundati infirmitate. Proinde vestrum erit cum bonis Noë filiis spiritualium patrum infirmiora opperire, & excusare magis, quàm prodere cum impio Cham. Quare eorum iudicium

iudicium Deo, & maioribus relinquendum est, agendumq; apud Deũ quidem orationibus: apud Prælatos verò humili iusinuatione. Sancta autem ipsa certum est nulla ministrorũ sorde coinquinari, in quibus Christi virtus, & Ecclesiæ intentio operantur, non ministrorum meritum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE